

„ voluntatem ad amandum bonum, & ad
 „ multiplicandum rationes & argumenta, ad
 „ solvendum Quæstiones secundum signifi-
 „ cata literarum; nam, quot Differentiæ
 „ possunt fieri de Cameris Figuræ, tot sunt
 „ modi inquisitionis & responsionum & op-
 „ positionum; &, quia tali multiplicatione
 „ multiplicatur voluntas ad amandum, est
 „ hæc Figura magis generalis, quàm aliæ
 „ ad ligandum amorem. & ad inveniendum
 „ particularia desiderabilia, ut cognoscan-
 „ tur & amentur.

5. Hæc de Figuris videri possunt *Tom. 1.*
 3. 5. 6. & harum Figurarum literas & con-
 fectas ex literis Cameras memoriæ mandare
 oportet, ut significata per literas & Cameras
 intelligantur. Faciliùs autem tota Ars, ejus-
 que principia &c. intelligentur ab intellectu
 debità qualificato, aut cum Dei gratiâ per
 sanctam vitam, & per continuatum tempore
 dispositioni & capacitati subjecti commen-
 surato in hac arte diligens studium qualifi-
 cando.

PARS QUARTA

De Principiis Artis, eorumque Defi-
 nitionibus.

DEFinitio juxta B. DOCTOREM *Tom. 5.*
Lect. Art. invent. & Tab. gen. Dist. 2. de
fig. pag. 10. est illud, quod ostendit esse rei ta-
 liter, quòd hoc, quod de eâ dicitur, rei con-

veniat & non alteri, sicut, quando dicitur :
 „ Deus est illud Ens, in quo Bonitas, Mag-
 „ nitudo, Æternitas &c. convertuntur, aut
 „ sunt unum idem numero, „ qualem con-
 versionem & identitatem in nullo alio ente
 reperies ; quandoquidem in creatis nulla de-
 tur identitas nec simplicitas (hæc in creatis
 identitas & simplicitas non est supponenda
 ab ANTI-LULLISTIS, sed probanda) sed
 omnia sint realiter distincta & realiter com-
 posita tam ex principiis absolutis Bonitate,
 Magnitudine &c., quàm ex principiis rela-
 tivis TIVO, BILI, ARE, ut alibi satis di-
 ctum est, & ampliùs in sequentibus dicetur.
 Simili Definitione principia hujus Artis sunt
 Definienda & explicanda, ut intellectus illu-
 minetur & adjuvetur ad inquirendum & in-
 veniendum veritatem. Quapropter ex Libro
 jam citato Definitiones principiorum daturi
 procedimus ad

CAPUT PRIMUM

De Definitione Bonitatis.

1. „ **B**onitas est Ens, ratione cujus bonum
 „ agit bonum, & ità bonum est esse,
 „ & malum est non esse. „ Hoc est : bonum
 est hoc ità esse, quòd bonum agat seu ope-
 retur bonum ratione Bonitatis, & malum
 esset, quòd bonum non ageret, seu non ope-
 raretur bonum ratione Bonitatis. Ratio hu-
 jus

jus est, quia Bonitas non est in bono, ut sit
 otiosa, sed est in eo, ut bonum cum eâ &
 per eam operetur juxta naturam ipsius Bo-
 nitatis, per quam fit ita bonum, sicut co-
 loratum fit per colorem, ut habet B. DOCT-
 TOR *Tom. 6. Lib. Prov. Part. 2. Cap. 3.* &, quæ
 si esset sine actu otiosa, de illâ non posset se-
 qui ullum bonum, ut habet ibidem *N. 17.*
 & per quam Pater ita producit bonum Fili-
 um, sicut sapientem per intellectum, ut ip-
 sius Bonitas sine bonificare non sit otiosa, sed
 in Æternitate ipsius Bonitas sit infinitus actus,
 ut habet *Part. 1. Cap. 22.*

2. Aliter potest explicari hæc Definitio
 sic: bonum est esse bonum, & malum est non
 esse bonum. Ratio est, quia Bonitas est es-
 sentia ponens esse, & sic bonum, quod ipsa
 ponit, est esse; sed malitia non est essentia
 ponens esse, imò est essentia privans esse,
 cum privet bonum, quod est esse; & per
 consequens malum, quod sequitur ex mali-
 tiâ, est non esse. Et, quia Bonitas & mali-
 tia sunt contraria, privatio boni est mala, &
 privatio mali est bona; &, si aliquid esset de
 Bonitate & Malitiâ, suum esse esset bonum
 & malum, & sua privatio similiter, ut ha-
 bet B. DOCTOR ibidem *Part. 2. Cap. 3.*

3. Ex hac vel solâ Bonitatis Definitione
 Existentia Dei ostenditur; si enim bonum est
 esse, & malum est non esse, & Bonitas est
 Essentia ponens esse bonum, & malitia est
 Essentia privans esse bonum, sequitur, quòd

infinîtè bonum fit, esse bonum infinitum, & infinitè malum fit, esse malum infinitum, si-
 ve quòd infinita Bonitas fit Essentia infinita
 ponens bonum infinitum, & infinita malitia
 fit essentia infinita (an malitia fit essentia stri-
 ctè talis, hìc non discutitur) privans esse in-
 finitum : sed infinitum malum non est, nec
 est infinita malitia; ergo est illius oppositum
 vel exclusivum, quod est infinitum bonum
 per infinitam Bonitatem. Minor pater ex B.
DOCTORE *Lib. Prov. Cap. 13. N. 15.* ubi ait :
 „ Supremum malum non potest esse, quia
 „ non habet subjectum, in quo fit, „ Vel er-
 go assignandum est subjectum, in quo fit &
 esse possit infinita malitia, vel affirmandum
 erit, illud non esse nec posse esse. Eodem
 modo discurre de malitiâ æternâ, stulti à
 æternâ, impotentiâ æternâ &c. “ Postquàm
 „ autem supremum malum non potest esse,
 „ de necessitate convenit supremum bonum
 „ esse, „ ùt ait B. **DOCTOR** *ibidem N. 17.* &
 „ ille est de necessitate Deus, qui est supre-
 „ mum bonum, „ ùt ait *ibidem N. 19.* hæc
 & plura vide probata in Nostro Libro de Deo
Disp. 2. Q. 2. ubi *N. 13.* plura diximus ad præ-
 sens conferentia.

4. Ex hac vel solâ Bonitatis Definitione
 productio in Deo etiam ostenditur; non enim
 Bonitas infinita in Deo est otiosa, sed est in
 eo, ut juxta suam naturam infinitam, æter-
 nam &c. operetur bonum infinitum, æter-
 num &c. sed tale bonum non potuit extra
 se

docere; e
 rã se pro
 ere, ne el
 am " om
 iola, " e
 Cap. 22. N
 " plus poss
 " in tempo
 ra de hoc
 cino de L
 Q. 1.
 1. supra
 esse hunc, t
 io et, qui
 fit Bonitate
 num; non
 sine Bonitate
 cum esse n
 sine Bonit
 quàm esse
 Ratio om
 boni.
 6. Bon
 per Magni
 et per te
 bona: un
 la, qua
 magna,
 ipsa Ma
 na; & il
 per se ip
 Bonitas,

se producere; ergo illud potuit solum in se & intrà se producere, ac etiam debuit producere, ne esset æterna in ipso otiositas, cùm “ omnis Bonitas finè bonificare fit otiosa, ” ùt habet B. DOCTOR ibidem *Cap. 22. N. 16.* & Deus non minùs, sed „ plùs possit de Bonitate in æternitate, quàm „ in tempore, „ ùt habet ibidem *N. 5.* plura de hoc diximus in Nostro Libro jam citato de Deo ad intrà operante *Disp. 3^o Q. 5.*

5. Supra Bonitatem nullum esse potest esse bonum, neque etiam extra ipsam. Ratio est, quia nullum esse potest esse bonum finè Bonitate, quæ ponat ipsum esse bonum; nam, si aliquid posset esse bonum finè Bonitate, esse bonum esset esse malum, cùm esse malum nil aliud sit, quàm esse finè Bonitate, & esse bonum nil aliud sit, quàm esse in specie Bonitatis, cùm illa sit Ratio omni bono, & principium omnis boni.

6. Bonitas est per se ipsam bona, & per Magnitudinem magna, & Magnitudo est per se ipsam magna, & per Bonitatem bona: unde sequitur, quòd illa Bonitas sola, quæ est Magnitudo, sit per se ipsam magna, & omnis alia Bonitas, quæ non est ipsa Magnitudo, non sit per se ipsam magna; & illa Magnitudo, quæ est Bonitas, sit per se ipsam bona, & illa, quæ non est ipsa Bonitas, non sit per se ipsam bona.

7. Adverte Differentiam inter Bonitatem Dei & Bonitatem Creaturæ; illa enim per Magnitudinem, Durationem, Sapientiam &c. à se distinctam est magna, durans, sapiens &c. ista verò est per se ipsam magna, durans, sapiens &c., cùm sit ipsa Magnitudo, Duratio, Sapientia &c. tam in sensu reali, quàm formali sinè ullâ distinctione ante intellectum tali inter ipsam & Magnitudinem &c.; aliàs enim non esset Bonitas perfectissima omnem formaliter includens Perfectionem, si à Perfectione Magnitudinis &c. ullâ ante intellectum distinctione distingueretur, quandoquidem perfectissimum non sit, quod non includit perfectissimâ identitate reali & formali sinè ullâ ante intellectum distinctione omnem perfectionem, sive, quod non est per se ipsum ens in omnibus perfectissimum, sed per aliud quomodocunque ante operam intellectûs distinctum. De hoc vide in Nostro Libro de Deo *Disp. 2. Q. 4.*

8. Adverte etiam ex B. DOCTORE *Tom. 5. Lect. Art. invent. & Tab. gen. Dist. 2. de fig. pag. 12.* illud bonum, quod fit à bono, considerari duobus modis. " Primò illud bonum, quod bona res agit in semetipsâ, sicut ignis, qui in se ipso calefacit aërem, & intellectus, qui in se ipso intelligit suum intelligere, & Deus Pater, qui in se ipso generat Deum Filium, & sic de aliis similibus istis; unde, cùm omnia ista sint

» bona, est bonum, quòd sint, & malum
 » esset, si non essent. Secundò illud bo-
 » num, quod bona res agit extra semetip-
 » sam, sicut ignis, qui calefacit aquam in
 » pane, & intellectus, qui imaginatur sen-
 » suales res in imaginatione, & vir, qui ge-
 » nerat hominem in fœminâ, & qui artifi-
 » cialiter agit bonum, & Deus, qui creavit
 » Mundum, & sic de aliis; & idèd omnia
 » ista bona sunt, & esset malum, si non es-
 » sent, & omnia sunt bona sub ratione Bo-
 » nitatis, sicut omnia colorata sunt colorata
 » sub ratione coloris; & propter hoc Bo-
 » nitas concordat cum esse, & suum con-
 » trarium, hoc est, malum, concordat cum
 » non esse. Unde, cùm hoc ità sit, Boni-
 » tas est Ratio bono, & maximè in illis,
 » qui faciunt bonum in se ipsis, quia bo-
 » num, quod fit intrâ, est magis propinqua-
 » um Bonitati, quàm illud, quod fit extra,
 » sicut bonum boni intelligere, quod est ma-
 » gis propinquum Bonitati intellectu, quàm
 » bonum, quod habet intellectus ad intelli-
 » gendum sensuales res.

9. BONITAS (ut loquitur B. DOCTOR
 ibidem pag. 13.) alia est substantialis (hæc
 est necessaria, ut substantia sit magis bona
 per se, quàm per aliquod accidens, ut ha-
 ber B. DOCTOR Lib. Prov. Part. 2. Cap. 3.)
 » Et alia accidentalis. Substantialis Bonitas
 » est illa, quæ est pars bonæ substantiæ, sicut
 » substantia ignis, quæ est bona substan-

„ tialiter, ut ejus Bonitas sit illi Ratio, quòd
 „ agat bonum substantialiter de Bonitate,
 „ cum Bonitate, per Bonitatem, & in Bo-
 „ nitate generando bonas substantias, & con-
 „ servando illas in esse; & hoc idem sequi-
 „ tur in plantâ, quæ generat aliam plantam
 „ substantialiter de suâ Bonitate; & hoc idem
 „ sequitur in Deo, qui de sua propriâ sub-
 „ stantiali Bonitate generat Deum Filium &
 „ spirat S. Spiritum, ut Bonitas eorum sit
 „ bona substantialiter sinè aliquo accidente.
 „ Accidentalit Bonitas est in creatis rebus,
 „ sicut substantialit Bonitas substantiæ homi-
 „ nis, sub cujus ratione partes illius substan-
 „ tiæ sunt bonæ, scilicet Magnitudo, Du-
 „ ratio, Potestas & cœteræ partes, de quibus
 „ substantia est composita, quia omnes sunt
 „ bonæ sub ratione Bonitatis, sicut Magni-
 „ tudo, quæ est bona per accidens, quia non
 „ est bona per se ipsam, sed est bona ratio-
 „ ne bonitatis, quæ Magnitudini & par-
 „ tibus substantiæ dat suam similitudinem,
 „ quæ similitudo est accidens bonum in qua-
 „ libet parte, quæ sustentatur in radicali &
 „ substantiali parte bonitatis, & in radicali-
 „ bus & substantialibus partibus illius sub-
 „ stantiæ, & idè, quando contingit, quòd
 „ substantiales partes substantiæ resistant re-
 „ cipere similitudinem, quam substantialit
 „ Bonitas in eas transmittit, tunc devenit
 „ illud accidens in privationem sub ratio-
 „ ne malitiæ & corruptionis, per quam
 „ „ COR:

» corruptionem substantia devenit in non
» esse.

10. Bonitas igitur est radix, unde oritur bonificatio omnium aliorum principiorum, & unde oritur bonum esse productum, seu constitutum de ipsâ & de aliis principiis; & hæc Bonitas est substantialis, quia est radix, quæ per se est hoc, quod est; sed bonificatio de ipsâ orta, & in aliis principiis recepta est Bonitas accidentalis, quia principia ista non sunt bona per se, sed per accidentalem Bonitatem à Bonitate substantiali illis communicatam sunt bona. Ista Bonitas accidentalis est similitudo Bonitatis substantialis, estque multiplex secundum multiplicationem principiorum, in quibus recipitur; & ita est alia Bonitas Magnitudinis, illa nimirum, quæ in Magnitudine recipitur; alia est Bonitas Durationis & sic de cæteris; sed una sola est radix omnium earum, quæ est Bonitas substantialis; unde omnes Bonitates accidentales in aliis principiis receptæ oriuntur. Hæc Bonitas accidentalis in Deo non datur, cum in ipso non sit accidens, & Deus & sua Bonitas convertantur, ut non sit finitus in suâ Bonitate; ut brevi ex B. DOCTORE dicitur; & ut omnia principia in Deo sint per se bona; magna &c.; & quodlibet per se sit aliud, & unum sit formaliter omnia; & omnia sint formaliter unum; ut Libro de Deo ex Autoritate & Rationibus ostendimus:

11. Hæc substantialis Dei Bonitas est intrâ- & extra Deum liberè & necessariò productiva, non ratione suâ, sed sub ratione suppositi Personalis, quia ipsa nil producit, sed suppositum Personale cum suâ Bonitate est producens; & hæc Bonitas est ipsa Voluntas sinè ullâ distinctione ante intellectum tali, imò est omnis Divina Dignitas; adeoque per se & æqualiter per omnes est productiva, cùm omnis sit una, & una sit omnis Dignitas; idcircoque etiam alibi ostendimus, impossibile esse, Filium per solum intellectum, & Spiritum S. per solam immediatè produci voluntatem. Ad intrâ quidem solus Pater producit generando, & Pater cum Filio spirando, & Spiritus S. unit, necitque Patrem cum Filio, vel potius est ipsa substantialis unio Patris & Filii. Hæc ad intrâ Generatio & Spiratio est infinitè necessaria, sive infinitæ Necessitatis, sicut est infinitæ Durationis, Æternitatis &c., simulque est infinitæ Libertatis; cùm necessitas & libertas in Deo nullam ante intellectum distinctionem admittant, ut diximus Libro de Deo *Disp. 3. Q. 1.* nec solùm est in Deo Necessitas & Libertas in essendo, verùm etiam in operando: siquidem omne majus, nobilius & perfectius in Deo ponendum: sed libertas & necessitas in essendo & operando ad intrâ est major, quàm sola libertas & necessitas in essendo; ergo. Plura videantur de hoc Libro de Deo. Ad extra autem tres Personæ simul

mul & semel producant creaturas cum omnibus suis Dignitatibus, cum secundum dicta omnes sint una, & una sit omnes, & opera Dei ad extra sint indivisa, ut est communis vox Theologorum. Omnes ad extra Productiones sunt Deo liberæ & necessariæ, necessitate à Divinis Dignitatibus petita, ut ex B. DOCTORE ostendimus Libro de Deo Disp. 5. Q. 5. de his ad extra productionibus ait B. DOCTOR Tom. 3. Lect. sig. Art. Demonstr. N. 1. pag. 14. " Deum creare creaturas est
 » nobilis operatio artificialis vel extrinseca
 » Dei; sed ad imitandum illam gloriosissimam
 » Dei operationem intrinsecam, quæ naturalis est & intellectualis, (est vel maxime supernaturalis, & dicitur à B. DOCTORE naturalis, quia Dei Natura ex se & à se determinatur ad intrinsecam operationem, & quidem determinatione liberâ & necessariâ tam ex parte principii, quàm ex parte termini) " Influxit Deus, & influxit propter
 » magnam suam Largitatem Bonitatis & sapientię operationem naturalem & intellectualem, (intellectus & voluntas sunt in omnibus creaturis, uti alibi diximus, & brevè ampliùs dicemus) " Creaturis suis scilicet
 » Angelis, hominibus, orbi, Elementis & omnibus, quæ ab eis generantur. " Ut etiam operatio Dei intrinseca appareat major & maxima per opera ad extra à Deo producta, opus Incarnationis à Deo peractum erat necessarium tanquàm majus & maximum ex-

trinfecum Dei opus, ut per hoc significaretur Magnitudo operationis Deo intrinfecæ finè privatione, finè termino, finè extremitate extensâ & mensurabili, & absque ullâ conditione defectûs, ut habet B. DOCTOR ibidem pag. 16. de hoc plura vide in Libro Nostro de Deo - Homine. Adverte autem, quòd Incarnatio & alia Dei ad extra Opera sint quidem necessaria necessitate à Divinis Dignitatibus petirà, sed secundùm se sint contingentia, & contingenter producta, quia nullam in se habebant necessitatem, ut producerentur, sicut Filius & Spiritus S. hanc necessitatem habebant; cùm sint idem Ens necessarium, quod est Deus Pater, licèt alio modo: nam Pater est TIVUM necessarium, Filius BILE necessarium, & Spiritus S. ARE necessarium, & illa tria, Deificativum, Deificabile & Deificare sunt unum Ens necessarium, quod est Deus Triunus.

12. Bonitas Substantialis habet in se & intrà se tria concreta sive correlativa sibi intrinfeca & propria, in quibus ipsa existit & subsistit suo modo, quæ sunt suum proprium & intrinfecum Bonificativum, proprium & intrinfecum Bonificabile, & proprium & intrinfecum Bonificare. Per primum Bonitas habet in se & intrà se proprietatem activam, quæ est propria actio. Per secundum proprietatem passivam, quæ est propria passio, finè tamen imperfectione & dependentiâ. Per Tertium proprietatem processivam

vam (sinè tamen imperfectione & dependentiâ) quæ est proprius actus procedens ab activâ & passivâ proprietate. Ista tria dicuntur concreta Bonitatis, quia sunt bona, sed diversimodè : nam *primum* est bonum activè, *secundum* est bonum passivè, *Tertium* est bonum processivè, sive est bonus actus procedens ab activo & passivo. Hæc tria dicuntur propria Bonitati, quia nulli conveniunt nisi Bonitati, saltem per se. Dicuntur intrinseca, quia intrâ ipsam existunt & operantur, imò ipsa Bonitas nil aliud est, quàm ista tria concreta, & ista tria concreta nil aliud sunt, quàm ipsa Bonitas.

13. Ex his vel solis Mysterium Ssmæ Trinitatis haud obscure deprehendi potest, si intellectus altiùs elevetur, & à Bonitate creatâ ascendat ad Bonitatem increatam, considerando, quòd Bonitas creata sit composita ex TIVO, BILI, ARE tanquàm tribus realiter distinctis essentiis illam componentibus & formaliter constituentibus, ità, quòd Bonitas in sensu reali & formali sit illa tria, & illa tria in sensu reali & formali sint Bonitas creata, ut docet communior & verior Doctorum sententia totum à partibus simul sumptis & unitis minimè distinguendum contra plurimos SCOTISTAS, qui tamen jam paulatim alium de suâ terciâ Entitate incipiunt tenere silentium. Quod autem creata Bonitas non sit simplex essentia, sed ex TIVO, BILI, ARE, sive ex materiâ, formâ & spiritu

ritu seu unione sit composita, satis ex B. DOCTORE dictum est, præsertim in Nostro de Angelis Libro, ubi ex S. BONAVENTURA & B. LULLO hanc compositionem etiam in Angelo & animâ rationali ostendimus, concedendo tamen, quod Angelus & anima rationalis sint Entia simplicia relatè ad Entia corporalia; quia illorum essentia est magis subtilis & pura, quàm essentia istorum. Absoluta Entis omninò simplicis repugnantia ex eo ampliùs ostenditur, quod nulla Divina Perfectio increata, infinita, immensa & æterna possit absolutam & perfectam suâ imaginem creaturæ imprimere, sed imago, quam imprimunt creaturæ, est composita ex principio, quantitate, loco, tempore &c.: ergo nec Divina Simplicitas potest creaturæ imprimere absolutam & perfectam suâ imaginem sinè ullâ compositione ex materiâ, formâ & spiritu: sicut enim creatura necessariò postulat principium, à quo sit, locum, in quo sit, tempus vel ævum, in quoduret, quantitatem corporalem vel spiritua-lem, per quam sua natura & virtus terminentur, & per hoc creaturæ perfectiùs distinguuntur à Deo increato, infinito, immenso & æterno, quia ex his creaturæ sunt compositæ, quàm si creaturæ hæc non postularent, nec ex his compositæ essent; ità etiam creaturæ necessariò postulant compositionem ex materiâ & formâ, ut perfectiùs distinguantur à Deo simplicissimo sive

nè

nè omni ex materiâ & formâ compositione : omne enim illud in Deo & creaturis est necessarium, per quod Deus & creatura perfectiùs distinguuntur. Ex eo autem, quòd omnia, quæ sunt in creaturis, sint realiter composita, sequitur, quòd omnia, quæ sunt in ipsis, sint realiter distincta, & nulla detur in creaturis realis identitas, de quo plura recurrent. Hæc cum ita sint, satis apprehendi potest, in Bonitate creatâ TIVUM, BILE, ARE esse tres realiter distinctas essentias, & has tres essentias esse realiter & formaliter ipsam Bonitatem, & Bonitatem esse eodem modo ipsas tres essentias. Has tres essentias, TIVUM, BILE, ARE, si tollas ab Universo, necesse est, ut tollas ejus naturam, perfectionem & finem, ipsum relinquens inane, vacuum & otiosum, id est, sine potentiâ activâ, passivâ & actu, innatis sibi instrumentis; itidem in Divinis Proprietates & Productiones, Deum *Saracenorum* & *Judaorum* vacuum & imperfectum, & in se ipso otiosum venerando, ut ex *Alphonso de Proaza* diximus in Nostro Libro de Deo *Disp.*

3. Q. 1. Sunt igitur in creatâ Bonitate TIVUM, Bile, ARE tres essentia realiter distinctæ, quæ creatam Bonitatem formaliter constituunt, imò formaliter sunt ipsa Bonitas creata, & Bonitas creata est formaliter illæ tres essentia.

14. Sed nunc à Bonitate creatâ ascendamus ad Bonitatem increatam, & videamus,

an ipsius TIVUM, BILE, & ARE, sive ipsius Potentia activa, passiva & processiva, sive ipsius generare, generari & spirari sint tres realiter distinctæ essentiæ, vel tres solummodò distinctæ Personæ, & oculis intellectualibus videbimus, quòd sint tres solùm Personæ. Quis enim non videt intellectualiter, tres realiter Distinctas Divinas Essentias ità implicare, sicut implicant tres Dii realiter distincti? quis non videt intellectualiter, inter sic distinctas Essentias nullam posse esse infinitam Consubstantialitatem & substantialem Concordantiam? ubi enim tres non communicant communicatione infinitâ in eadem infinitâ Naturâ, sed habent Naturas infinitas realiter distinctas, hæc Consubstantialitas & substantialis Concordantia est evidenter impossibilis, & sola possibilis est inter has Essentias contrarieras, & ex contrarierate istâ Deorum pluralitas. Quis non videt intellectualiter, in Essentiâ infinitâ & æternâ, qualis Deus est, non esse, nec posse esse otiositatem infinitam & æternam? hæc enim finita & temporanea otiositas in Essentiâ finitâ turpis est, & quomodo pulchra erit in Essentiâ infinitâ & æternâ? ergo, cùm in Essentiâ illâ, quæ Deus est, & quæ pulcherrima & in omnibus perfectissima est, nulla possit esse infinita & æterna otiositas, nec contrarieras, debet in illâ esse TIVUM, seu activum infinitum & æternum; & cùm TIVUM non sit possibi-

le

le BILE, seu
 BILE, seu
 non su
 sint sic
 ARE seu
 TIC tri, TI
 Deo consider
 ut sint & app
 te non sunt
 sint objective
 ut Deus se ten
 illi producatur, c
 non solum sint
 sint in produc
 modo sint per
 ce, quandoquid
 dendum. Hæc
 siderari debent
 rieras, nec
 ralitas: ergo
 rari ut tres
 inter has fin
 dantur subst
 tres Personæ
 tione infinit
 cordantia in
 turâ. Dur
 nito sic alio
 infinitum,
 consideraru
 intelligitur.
 3.

le finè BILI, seu agibili, debet in illâ etiam esse BILE, seu agibile infinitum & æternum; & cùm non sit possibile, quòd TIVUM & BILE sint finè ARE seu agere, debet in illâ esse ARE seu agere infinitum & æternum. Hæc tria, TIVUM, BILE, ARE, dum in Deo considerantur, debent ità considerari, ut sint & appareant perfectissima, qualia certè non sunt, nec apparent, si in Deo solùm sint objectivè, non autem productivè, ità, ut Deus se tantùm intelligat & diligit, sed nil producat, cùm perfectiora sint, si in Deo non solùm sint objectivè talia, verùm etiam sint talia productivè, & eò ipsò, quòd hoc modo sunt perfectiora, in Deo sint collocanda, quandoquidem omne perfectius Deo sit dandum. Hæc tria quoque ità in Deo considerari debent, ut inter illa nulla sit contrarietas, nec ulla ex contrarietate Deorum pluralitas : ergo hæc tria non possunt considerari ut tres realiter distinctæ essentæ, cùm inter has sit sola contrarietas finè Concordantiâ substantiali, sed debent considerari ut tres Personæ, in quibus cum Communicatione infinitâ est Consubstantialitas & Concordantia substantialis in eadem essentiâ & naturâ. Dum ergo à TIVO, BILI, ARE finito sic ascenditur ad TIVUM, BILE, ARE infinitum, jam Deus Triunus sanè & sanctè consideratur, & sic considerando sufficienter intelligitur. Plura vide *Disp. cit. Q. 1. N. 3.*

16. *Creata Bonitas* habet in se similitudines omnium aliorum principiorum sibi impressas, & in se ipsâ tanquàm in subiecto sustentatas, de quibus similitudinibus est induta & habituata, sicut subiectum de suis accidentibus; & ista *creata Bonitas* habet in se similitudinem *Magnitudinis*, quæ est *accidentalis Magnitudo*, de quâ ipsa *Bonitas* est *accidentaliter induta & habituata*, quæ similitudo est *Bonitati impressa à substantiali Magnitudine*, sicut *luciditas* est similitudo ignis impressa aëri ab ipso igne; & hæc similitudo est sustentata in *Bonitate*, cui est impressa, sicut *luciditas* est sustentata in aëre, cui est impressa. Eodem modo discurre de aliis principiis, quibus *Bonitas* est *accidentaliter induta*.

17. *Bonitas* est in *Magnitudine* (idem est de aliis principiis) & est in eâ *bonificans* eam, dando ei de se ipsâ suam similitudinem, per quam ipsa est bona; & ita *Bonitas* existens in *Magnitudine* *bonificat ipsam Magnitudinem*, & *magnificando ipsam bonificat ipsius TIVUM, BILE, ARE*, sive *bonificat ipsius magnificarivum*, *magnificabile & magnificare*, in quibus *Magnitudo* consistit; & sicut per istam *bonificationem Magnitudo* est bona, ita per istam sunt bona illius *TIVUM, BILE, ARE*. Est ergo *Bonitas* in *Magnitudine* *activa & agens* in ipsam *Magnitudinem*, & *vestiens eam accidentaliter suo proprio habitu*. Eodem modo discurre de aliis principiis,

18. Bonitas in Magnitudine habet suam propriam actionem, & suam propriam passionem, & suum proprium actum, quæ sunt sua bonificativitas, bonificabilitas, & bonificare, sine quibus Bonitas nec est, nec esse potest. Et habet Bonitas suam propriam actionem extrinsecam ad ipsam Magnitudinem, per quam Magnitudo bonificatur, & per quam fit bonum esse de Bonitate & Magnitudine, cum hac tamen differentiâ, quod tale esse sit de Bonitate activè, & de Magnitudine passivè, ita, ut in hoc bono esse habeat Bonitas Dominium, quia est dans & agens super Magnitudinem, & Magnitudo habeat subjectionem, quia est recipiens & patiens sub Dominio Potestatis. à contrario habet Bonitas in Magnitudine suam propriam passionem, quia, licet existens in Magnitudine sit bonificata à se ipsâ, & in se ipsâ à suâ propriâ bonificativitate, habet tamen Bonitas existens in Magnitudine appropriatam passionem, quia existens in Magnitudine magnificatur ab ipsa Magnitudine, quæ in Bonitatem agit, & illi dat, & per consequens ipsa Bonitas recipit & patitur. Ex hac passione Bonitatis & actione Magnitudinis sequitur esse magnum factum de Magnitudine & Bonitate, cum hac tamen Differentiâ, quod ipsum sit factum de Magnitudine activè & formaliter, & de Bonitate passivè & materialiter, quia in isto magno esse habet Bonitas passionem & sub-

jectio.

tem, quæ
 Novo Do
 & dat. Si
 nis. Adv
 in compo
 te sint in
 rationibus;
 operatio est
 diximus Lib
 te etiam, quæ
 & 3. ubi ait
 plurimum
 rarius eam
 fieri in re
 est major ru
 dam rebus
 quædam re
 quem alia
 sunt lib
 Universi
 particula
 Bonitatis
 modo ve
 his affirm
 Definitio
 omnis de
 aliis princ
 explicatio
 19. H
 anquam
 verbis; C
 veritate

jectionem, quâ patitur & recipit, & habet
 Magnitudo Dominium & actionem, quâ a-
 git & dat. Similiter discurre de aliis prin-
 cipiis. Adverte autem, quod materia, pas-
 sio, compositio, locus, quantitas, tempus
 &c. sint in solis creaturis, earumque ope-
 rationibus; Deus autem, omnisque Divina
 operatio est sine omnibus istis. Vide, quæ
 diximus Libro de Deo *Disp. 3. Q. 1.* adver-
 te etiam, quæ habet B. DOCTOR *Lect. cit.*
N. 3. ubi ait; "Diximus de Bonitate, & ex-
 "plicavimus illius definitionem, & confide-
 "ravimus eam, secundum quod debet con-
 "siderari in rebus, & secundum quod ipsa
 "est major ratio faciendi bonum quibus-
 "dam rebus quàm aliis, secundum quod
 "quædam res sunt magis bonæ & altiores,
 "quàm aliæ. Unde omnia ista, quæ dicta
 "sunt sub ratione Bonitatis, sunt quoddam
 "Universale, in quo convenit inquirere
 "particulare; quod quæritur sub ratione
 "Bonitatis, quod particulare invenitur affir-
 "mando vel negando, tali modo, quod ta-
 "lis affirmatio vel negatio non sit contra
 "Definitionem & explicationem, quas de-
 "dimus de Bonitate." Idem intelligatur de
 aliis principiis, eorumque Definitionibus &
 explicationibus.

19. His adjicimus illa, quæ B. DOCTOR
 tanquàm alter Salomon in suis protulit Pro-
 verbis; sunt enim sententiæ breves, sed
 in veritate graves, & plenæ eruditione &

sapientiâ, itâ, ut Lector multùm, imò plurimùm per illas illuminetur ad proficiendum in Divinâ B. DOCTORIS Doctrinâ.

20. Itâ autem habet B. DOCTOR Libro *Proverb. Cap. 22. N. 1.* "Deus & sua
 „ Bonitas convertuntur. *N. 2.* Si Deus non
 „ esset sua Bonitas, esset finitus in illâ. *N. 3.*
 „ Divina Bonitas esset finita, si non con-
 „ verteretur cum Infinitate, Æternitate,
 „ Potestate, Sapientiâ & Voluntate. *N. 4.*
 „ Nullum bonum est extra Bonitatem. *N. 5.*
 „ Deus plus potest de Bonitate in Æ-
 „ ternitate, quàm in tempore. *N. 6.* Pa-
 „ ter itâ producit bonum Filium per Bo-
 „ nitatem, sicut sapientem per intellectum.
 „ *N. 7.* Si in Deo essent multæ Bonitates,
 „ nulla esset infinita. *N. 8.* Quia Divina
 „ Bonitas est finis, est per se ipsam ama-
 „ bilis. *N. 9.* Si non esset Bonitas, nulla
 „ esset desiderabilitas. *N. 10.* Injuriam fa-
 „ cit Bonitati, qui illam non desiderat prop-
 „ ter se ipsam. *N. 11.* Qui non est bo-
 „ nus, non est dignus amare Bonitatem.
 „ *N. 12.* Nullum peccatum est consequen-
 „ tia Bonitatis. *N. 13.* Omnis finita Boni-
 „ tas debet humiliari erga infinitam Boni-
 „ tatem. *N. 14.* Infinita Bonitas facit mag-
 „ nam humilitatem, quando se humiliat er-
 „ ga finitam bonitatem. *N. 15.* Si honifi-
 „ care esset malum in bonitate, malificare
 „ esset bonum in illâ. *N. 16.* Omnis Bo-
 „ nitas sinè bonificare est otiosa. *N. 17.*

„ Bo

ficare, q
 nus acri
 ontra boni
 veritatem
 & possib
 Non est in
 quo indig
 21. De
 B. DOCTO
 is, per qu
 bonum est
 ita si bonu
 ration per
 est hanc bon
 N. 4. Quia
 crani, priv
 mali est
 N. 6. Pri
 bonum
 esset bo
 no, pri
 Si aliqui
 um esse
 privatio
 est bonu
 11. Na
 non est
 tas est
 omnis
 substan
 per alia
 Bonitas

„ Bonificare, quod est in æternitate, est in-
 „ finitus actus. N. 18. Malificare est ita
 „ contra bonitatem, sicut falsificare contra
 „ veritatem. N. 19. In Deo bonificabilitas
 „ & possificabilitas convertuntur. N. 20.
 „ Non est infinita Bonitas, quæ extra se aliq
 „ quo indiget.

21. De Bonitate ibidem Part. 2. Cap. 3.

B. DOCTOR ita habet N. 1. “ Bonitas est
 „ id, per quod bonum agit bonum, & ideo
 „ bonum est esse, & malum non esse. N. 2.
 „ Ita fit bonum per Bonitatem, sicut colo-
 „ ratum per colorem. N. 3. Quia Bonitas
 „ est Ratio bono, esse illius boni est bonum.
 „ N. 4. Quia Bonitas & malitia sunt con-
 „ traria, privatio boni est mala. N. 5. Esse
 „ mali est malum, & esse boni est bonum.
 „ N. 6. Privatio mali est bona. N. 7. Si
 „ bonum esset de malo, privatio mali non
 „ esset bona. N. 8. Si malum esset de bo-
 „ no, privatio boni non esset mala. N. 9.
 „ Si aliquid esset de Bonitate & malitiâ, su-
 „ um esse esset bonum & malum, & sua
 „ privatio similiter. N. 10. Omne, quod
 „ est bonum, est bonum per Bonitatem. N.
 „ 11. Nulla res est in specie bonitatis, si
 „ non est bona. N. 12. In quantum Boni-
 „ tas est Ratio omni bono, est principium
 „ omnis boni. N. 13. Si nulla Bonitas esset
 „ substantialis, substantia esset magis bona
 „ per aliud, quàm per Bonitatem. N. 14.
 „ Bonitas substantialis est naturalis. N. 15.

N

„ Bo-

- „ Bonitas Magnitudinis est accidentalis. *N.*
 „ 16. Bonitas Justitiæ & Charitatis est mo-
 „ ralis. *N.* 17. Si bonitas esset sinè actu,
 „ de illâ non posset esse ullum bonum. *N.*
 „ 18. Nullus actus bonitatis potest esse ma-
 „ lus. *N.* 19. Convenit, quòd omne illud
 „ sit bonum, cum quo bonitas bonificat.
 „ *N.* 20. Quia Bonitas est major in Bonitate,
 „ quàm in parvitate, Magnitudo & parvitas
 „ sunt bonæ per Bonitatem.

CAPUT SECUNDUM

De Definitione Magnitudinis.

1. „ **M**agnitudo est id, ratione cujus Bo-
 „ nitas, Duratio & cætera princi-
 „ pia sunt magna, ambiens omnes extremi-
 „ tates essendi earum rerum, quæ sunt mag-
 „ næ ratione Magnitudinis. „ Unde Mag-
 „ nitudo est Universale principium omnibus
 „ rebus, quæ sunt magnæ, supra quam & ex-
 „ tra quam nullum est magnum. Et, cum
 „ Magnitudo sit essentia magni, & Ratio mag-
 „ no, quòd producat magnum, sequitur, quòd
 „ nullum Magnum possit producere aliquid
 „ sinè magnificare.

2. Pro intelligentiâ Definitionis est sci-
 „ endum, quòd extremitates essendi sint esse
 „ bonum, esse durans &c. Provenientia à prin-
 „ cipiis essendi, quæ sunt principia positiva,
 „ quia per illa ponitur esse ad differentiam prin-

cipiorum privativorum, per quæ privatur
 esse, & propterea sunt principia privativa,
 quia per illa privatur esse. Similiter in ef-
 se bono sunt extremitates essendi bonificati-
 vum, quod est activum, bonificabile, quod
 est passivum, & bonificare, quod est
 procedens ab utroque. Hæc similiter sunt
 in esse durabili &c., in quo omnia ista am-
 bit magnitudo, sive ad omnia se extendit, in
 quantum in eâ & per eam omnia sunt mag-
 na; & ideò diximus in definitione magnitu-
 dinis, quòd ipsa ambiat omnes extremitates
 essendi. è contrario extremitates non essen-
 di dici possunt esse malum, esse parvum,
 cessans, impotens &c. provenientia à princi-
 piis privativis; sed hoc dicitur improprie, quia
 ista esse non sunt esse, sed sunt non esse, sicut
 esse malum non est esse, sed non esse, cùm sit
 præcisè non esse bonum. Idem dicendum
 de esse parvo &c., & ad ista se non exten-
 dit Magnitudo, nec ipsa ambiat extremita-
 tes non essendi, cùm non sint magnæ, sed
 parvæ seu privatæ Magnitudine. Dicitur
 quidem: hoc est magnum peccatum; sed
 hæc Magnitudo est innaturalis, ut ait B.
 DOCTOR ibidem, & significatur positivè,
 licèt sit quid privativum.

3. Magnitudo in creaturis est substantia-
 lis & accidentalis. Substantialis est pars sub-
 stantiæ, & facit creaturas esse substantialiter
 magnas, & hac substantiali Magnitudine
 magis magnas, quàm est Magnitudo acci-

dentalis causata à substantiali Magnitudine in aliis principiis, ut ipsa sint magna saltem accidentaliter. Substantialis Magnitudo habet plus essentiae & naturae, quàm accidentalis; quia habet radices essendi & agendi, quae sunt sua concreta substantialia, quae radices non sunt in accidentali Magnitudine. Similiter discurre de aliis principiis.

4. Hæc jam dicta accipe ex ipso B. DOCTORE, qui in Lect. citatâ pag. 13. N. 1. ita loquitur: "Istam Magnitudinem convenit
 " considerare duobus modis, videlicet AC-
 " CIDENTALITER & SUBSTANTIA-
 " LITER. ACCIDENTALIS MAGNI-
 " TUDO est illa, quæ facit, quòd Bonitas,
 " Duratio & alia principia hujus scientiæ sint
 " magna, sicut Bonitas Firmamenti, quæ
 " est magna in extensitate ratione Magnitu-
 " dinis, & Bonitas ignis & Angeli similiter;
 " hoc idem sequitur de Bonitate homi-
 " nis, plantarum & aliorum Entium,
 " quæ omnia sunt magna ratione Magnitu-
 " dinis; & hoc idem sequitur de eorum Du-
 " rationibus, Potestatibus, instinctibus &
 " appetitibus, quæ omnia sunt in extensitate
 " magnitudinis, quæ mensurat illacum se ip-
 " sâ dando eis suam similitudinem. SUB-
 " STANTIALIS Magnitudo est illa substan-
 " tialis pars substantiæ, quæ aliis partibus
 " dat suam similitudinem, & per quam sub-
 " stantia est magna essentialiter & substan-
 " tialiter, sicut substantia plantæ, hominis,

» ig-

„ ignis, Firmamenti, & Angeli; & ista sub-
 „ stantialis Magnitudo est suamet quidditas,
 „ & habet plus de essentiâ & naturâ, quàm
 „ accidentalis Magnitudo, idèd, quia acci-
 „ dentalis Magnitudo est, ut alia sint mag-
 „ na, sed substantialis Magnitudo est, ut ip-
 „ sa sit hoc, quod est, & idèd Magnitudo
 „ est substantialis pars in substantiâ.

5. Magnitudinem Dei loco citato N. 2.
 B. DOCTOR ità describit: “ Magnitudo est
 „ in Deo id, per quod Bonitas, Æternitas,
 „ Potestas, & aliæ Dignitates in Deo sunt
 „ infinitè & immensè magnæ in Unitate Es-
 „ sentiæ & Naturæ, & in operatione, quam
 „ Deus habet in se ipso, sicut Deus Pater,
 „ qui sub ratione Magnitudinis est infinitè
 „ magnus in se ipso & in suâ Bonitate, Æ-
 „ ternitate &c., & in generando Filium, &
 „ (*cum Filio*) spirando S. Spiritum, in qui-
 „ bus facit magnam eorum Bonitatem, Æ-
 „ ternitatem, Potestatem &c. de suamet Mag-
 „ nitudine, quæ Bonitas est magna, in quan-
 „ tum est (*in Filio*) de eadem Bonitate Pa-
 „ tris (*Et in Spiritu S. de eadem Bonitate Patris &*
 „ *Filii*) & in ipsâ est rota, & per ipsam to-
 „ tam est æternaliter & infinitè, & cum illâ re-
 „ manet una eadem Bonitas, una Deitas,
 „ unus Deus; & sic Magnitudo facit Bonita-
 „ tem tantam, quod ampliùs non potest,
 „ sicut Bonitas, quæ facit, quòd Magnitu-
 „ do sit bona, quantum potest, & hoc idem,
 „ quod diximus de Magnitudine in Bonita-

te, sequitur de Magnitudine in Æternitate, Potestate & in aliis Dignitatibus; propter quod sequitur, quod in Deo non possit esse otiositas, nec pars, nec quantitas, nec locus, nec tempus, nec aliquod accidens vel defectus.

6. His ad icimus illa, quæ de Magnitudine B. DOCTOR pronuntiat *Lib. Proverb. Part. 1. Cap. 23*, ubi ita habet *N. 1.* "Magnitudo Dei non posset esse infinita, si Potestas Dei de illâ non posset aliquid. *N. 2.* Nulla Magnitudo est magna sine magnificare. *N. 3.* In Deo Magnitudo & magnum convertuntur. *N. 4.* Non potest esse magnus, qui non potest de Magnitudine. *N. 5.* Nulla Magnitudo est magna sine Concordantiâ & æqualitate. *N. 6.* Nulla Magnitudo habet Concordantiam tantam cum Minoritate, quantam cum Majoritate. *N. 7.* Magnus plûs potest de Magnitudine, quàm de parvitate. *N. 8.* Nulla Magnitudo Bonitatis habet Concordantiam cum malitiâ. *N. 9.* Quia Deus est Magnitudo, omne Ens naturaliter appetit esse magnum. *N. 10.* Nullus habet quietem extra Magnitudinem. *N. 11.* Omne nimium habet inclinationem ad parvitatem. *N. 12.* Omnes actus Divinarum Rationum sunt magni. *N. 13.* Qui est de Magnitudine, non potest esse parvus. *N. 14.* Nullum magnificabile, quod non est de Magnitudine, potest esse magnum. *N.*

„ 15. In creaturis Magnitudo est major per
 „ suum actum, quàm per alium. N. 16.
 „ Quia Deus est Magnitudo, melius illi sunt
 „ proportionata magna opera, quàm parva.
 „ N. 17. Magnitudo imperii & Regni non
 „ tantùm valet, quantum Magnitudo amici
 „ & amati. N. 18. Omnis parvitas debet
 „ esse obediens Magnitudini. N. 19. Mag-
 „ nitudo plùs valet in Bonitate, quàm in
 „ honore. N. 20. Nulla Magnitudo est mag-
 „ na sinè virtute.

7. Adjicimus etiam illa, quæ habet B.
DOCTOR ibidem *Part. 2, Cap. 4.* ubi ità ha-
 bet N. 1. “ Magnitudo est id, per quod
 „ Bonitas, Duratio, Potestas & aliæ Ratio-
 „ nes sunt magnæ. N. 2. Magnitudo est
 „ Ratio magno, quod producat magnum,
 „ N. 3. Nullum magnum potest producere
 „ sinè magnificare. N. 4. Nullum mag-
 „ num potest producere parvum de Mag-
 „ nitudine. N. 5. Si non esset aliqua Mag-
 „ nitudo substantialis, accidens esset magis
 „ magnum, quàm substantia. N. 6. Om-
 „ nis Magnitudo naturalis est substantialis.
 „ N. 7. Magnitudo naturalis accidentalis est
 „ instrumentum Magnitudinis substantialis,
 „ N. 8. Omnis Magnitudo moralis est acci-
 „ dentalis. N. 9. Ità disconvenit, quòd
 „ magnum non sit de Magnitudine, sicut
 „ disconvenit, quòd sit de parvitate. N. 10.
 „ Magnitudo est essentia magni. N. 11. Si
 „ Magnitudo non esset generale principium,

- „ supra illam esset principium, quod non
 „ esset magnum. N. 12. Sinè naturali mag-
 „ nificante, magnificabili & magnificare nul-
 „ la Magnitudo esset hoc, quod est. N. 13.
 „ Nulla bona Magnitudo est mala. N. 14.
 „ Omnis Bonitas habet majorem Concor-
 „ dantiam cum Magnitudine, quàm cum
 „ parvitate. N. 15. Nullum magnum ma-
 „ lum est de magnâ Bonitate. N. 16. Nul-
 „ la Magnitudo mali est substantialis. N. 17.
 „ Quia omnis pulchritudo est bona, nulla
 „ Magnitudo pulchritudinis est occasio mali.
 „ N. 18. Nulla Potestas Magnitudinis est de
 „ parvitate. N. 19. Propter justitiam ali-
 „ quod magnum malum est bonum. N. 20.
 „ Omnis Magnitudo peccati est innaturalis.

CAPUT III

De Definitione Durationis.

1. „ **D**uratio est proprietas, ratione cujus
 „ Bonitas, Magnitudo, Potestas &
 „ cetera principia durant. „ Ratione hujus
 „ Durationis etiam durant esse bonum, mag-
 „ num &c. in suo existere & agere; & hoc est,
 „ quia ratione Durationis durat, quidquid du-
 „ rat; & quidquid non est Duratio, dependet
 „ à Duratione in suo durare, sive in *esse* duran-
 „ tis, & sustentatur in substantiali Duratione
 „ tanquam in radice omnium durantium & du-

rabiliū. Hinc est, quòd in Durativo, quod est concretum activum, & forma substantialis Durationis, sint plantata, radicata & sustentata TIVA & formæ activæ aliorum principiorum Bonificativum, Magnificativum &c.; & in durabili, quod est concretum passivum, & materia Durationis substantialis, sint plantata BILIA seu materiæ passivæ aliorum principiorum Bonificabile, Magnificabile &c.; & in durare, quod est concretum à Durativo & durabili processivum, seu actus formæ & materiæ, sint plantata ARE, seu processiones aut actus aliorum principiorum Bonificare, Magnificare &c. Hoc modo omnia principia cum suis concretis durant ratione substantialis Durationis, quæ dat illis suam similitudinem, & conservat eam in eisdem; ipsa autem Duratio substantialis ratione suâ & per se ipsam durat. Similiter discurre de aliis principiis. Hæc B. DOCTOR in Lect. citatâ pag. 14. clariùs explicat, dum verbis nemini obscuris dicit :

2. „ Duratio est duplex, substantialis &
 „ accidentalis. Substantialis Duratio est, si-
 „ cut æternitas Dei, quæ durat infinîtè sinè
 „ principio & sinè fine, & comprehendit ac
 „ mensurat omnes Durationes & tempora
 „ creatarum rerum. Per hanc æternitatem
 „ durant Bonitas, Magnitudo, Potestas & aliæ
 „ Dignitates Dei æternaliter, & per ipsam
 „ durant in Bonitate Dei Divinæ Personæ.
 „ sic, quòd quælibet Persona sit una eadem

22 Bonitas, durantibus illâ Personâ, quæ
 23 est Pater, & aliâ Personâ, quæ est Fili-
 24 us, & aliâ Personâ, quæ est S. Spiritus,
 25 itâ, quòd cum omnibus tribus Personis
 26 remaneat una Essentia, una Natura, una
 27 Bonitas, una Deitas, unus Deus sinè ullâ
 28 alteratione & mutatione ipsarum trium
 29 Personarum; & convenit, quòd ista Du-
 30 ratio sit itâ bona & magna, quòd Pater
 31 de suâ Bonitate & Magnitudine possit
 32 sufficere ad producendum & generandum
 33 Filium æternaliter & infinitè, ipso Patre
 34 remanente uno æternaliter & infinitè, &
 35 hoc idem de Unitate Filii & de Unitate
 36 S. Spiritûs (*quorum Unitas est eadem Unitas
 37 Patris*) Unde ista Duratio est tota substan-
 38 tialis sinè aliquo accidente, & est maxi-
 39 ma, quam æternitas potest dare Potesta-
 40 ti, Magnitudini &c. in Divinis Personis,
 41 sicut Bonitas, quæ in Divinis Personis
 42 dat Durationi majorem Bonitatem, quam
 43 potest dare.

3. „ Substantialis Duratio in creaturis est
 23 illa pars, de quâ substantia est composi-
 24 ta & constituta cum aliis substantialibus
 25 partibus; & ista Duratio transmittit suam
 26 similitudinem in alias partes, itâ, quòd
 27 eas facit durare, sicut Bonitas, Magnitu-
 28 do, Potestas &c. Firmamenti durant ra-
 29 tione Durationis, & sic de Bonitate &
 30 Magnitudine Angeli & rationalis animæ;
 31 &, quia substantialis Duratio transmittit

„su-

„ suam similitudinem cum Concordantiâ si-
 „ nè ullâ contrarietate in alias partes sub-
 „ stantiæ, est substantia incorruptibilis &
 „ durabilis, sicut substantia Firmamenti, &
 „ supra cœlestium corporum, Angeli, ani-
 „ mæ hominis, & simplicium Elemento-
 „ rum, quia omnes istæ substantiæ durant
 „ & non corrumpuntur, nec deveniunt in
 „ privationem, quia partes earum recipi-
 „ unt similitudines Durationis cum Con-
 „ cordantiâ sinè contrarietate; sunt tamen
 „ earum Durationes accidentales, quia du-
 „ rant sub ratione substantialis Durationis,
 „ in quâ sustentantur ad durandum.

4. „ Sunt etiam aliæ partes accidentales
 „ in Duratione, quæ deveniunt in corrup-
 „ tionem; quæ quidem durant, in quantum
 „ recipiunt similitudinem Durationis per
 „ modum Concordantiæ, & deveniunt in
 „ privationem, quando resistunt recipere il-
 „ lam similitudinem, & sunt istæ partes, si-
 „ cut Bonitas hominis, equi, plantæ, me-
 „ tallorum & compositorum Elementorum,
 „ quæ tantùm durat, quantum cum sub-
 „ stantiali Duratione concordat in recipien-
 „ do suam similitudinem; &, quando resi-
 „ stit recipere illam similitudinem, devenit
 „ in corruptionem.

§. Plura accipe ex Libro *Proverb. Part. 2.*
Cap. 5. ubi B. DOCTOR irà habet N. 1.
 „ Duratio est id, per quod Bonitas, Mag-
 „ nitudo, Potestas & aliæ Rationes durant,

„ N.

5, N. 2. Bonitas sic durat per Durationem,
 6, sicut Duratio est bona per Bonitatem. N.
 7, 3. Si Duratio non haberet proprium actum,
 8, magis duraret per aliud, quàm per se ip-
 9, sam. N. 4. Bonitas, Magnitudo & Po-
 10, testas non possent durare sinè actu Du-
 11, rationis. N. 5. Si Potestas non posset de
 12, Duratione, non posset durare per se ip-
 13, sam, N. 6. Ità Bonitas, Magnitudo, Po-
 14, testas & alia principia capiunt similitudi-
 15, nem de Duratione, sicut Duratio de il-
 16, lis. N. 7. Si Duratio non esset principi-
 17, um substantiale, nulla substantia duraret
 18, per se ipsam. N. 8. Nulla Duratio mali
 19, est substantialis. N. 9. Si Duratio mali
 20, esset substantialis, Duratio substantialis es-
 21, set mala. N. 10. Corruptio durat, ut
 22, duret generatio. N. 11. Si generatio &
 23, corruptio durarent æviternaliter, omnis
 24, numerus haberet æviternam revolutionem.
 25, N. 12. Si generatio & corruptio durarent
 26, perpetuò, nullum principium attingeret
 27, suum finem. N. 13. Per Durationem a-
 28, ctûs potest attingi finis. N. 14. Nullus
 29, finis posset durare, si non posset attingi.
 30, N. 15. Si finis non posset attingi, nullum
 31, principium posset durare. N. 16. Dura-
 32, tio, quæ non habet finem (quæ durat)
 33, non durat. N. 17. Duratio, quæ exit à
 34, generatione & corruptione, parùm durat.
 35, N. 18. Omnis Duratio plùs durat per Con-
 36, cordantiam, quàm per contrarietatem. N.

19. Duratio magis durat per æquales partes, quàm per inæquales. N. 20. Substantia, quæ non est de corruptione, semper durat.

6. Accipe & illa, quæ de Duratione æternâ habet B. DOCTOR ibidem *Part. 1. Cap. 19.* ubi ita discurrit N. 1. " Si æternitas non esset, aliquod Ens produxisset se ipsum, & esset, antequàm esset. N. 2. Æternitas non posset esse plena sinè æternare. N. 3. Itâ convenit æternitati æternare, sicut Perfectioni perficere, & sapientiæ intelligere. N. 4. Sinè æternare sapientia non posset extendi in æternitate. N. 5. Extensitas infinita est extensitas, quam sapientia habet in æternare. N. 6. Impossibile est, quòd natus in æternitate (*Secundùm id, secundùm quod est natus in æternitate*) sit natus in tempore & in quantitate. N. 7. Æternitas nullâ re indiget extra se. N. 8. Sinè æternare nulla Potestas esset tam otiosa, sicut Potestas æternitatis. N. 9. Si Deus non posset plus in æternitate, quàm in tempore, sua Potestas esset major in tempore, quàm in æternitate. N. 10. In æternitate convertuntur æternabilis & æternatus. N. 11. Divina æternitas est tam bona per æternare, sicut Divina Voluntas per amare. N. 12. Sinè æternare non esset finis in æternitate. N. 13. Itâ convenit, quòd æternare sit de æternitate, sicut infinire de infinitate. N. 14. In æternitate

, te

„ te non possunt numerari dies. N. 15. Ita
 „ disconvenit æqualis æternitati, sicut infi-
 „ nitati. N. 16. Æternitas non esset per om-
 „ nes modos in summitate sinè singularitate.
 „ N. 17. Si Divina Voluntas in æternitate
 „ non amaret æternare, magis amaret sapi-
 „ entiam, in quâ amat intelligere, quàm æ-
 „ ternitatem. N. 18. Divinæ Rationes non
 „ possent habere quietem sinè æternare. N.
 „ 19. Sinè æternitate non esset æviternitas,
 „ & sinè æviternitate nulla creatura haberet
 „ quietem. N. 20. Æviternitas, in quan-
 „ tum est sinè fine, est speculum æternita-
 „ tis. Grave est considerare existere in ævi-
 „ terno igne.

CAPUT IV

De Definitione Potestatis.

1. „ **P**otestas est id, ratione cujus Bonitas,
 „ Magnitudo, Duratio & alia prin-
 „ cipia possunt existere & agere; „ est enim
 „ Universale principium, sub cujus ratione
 „ possunt omnia, quæ possunt, & hoc tam
 „ quoad esse sive existere, quàm quoad agere
 „ sive operari; & idè Bonitas sinè Potestate
 „ nec posset esse, nec posset bonificare. Idem
 „ est de aliis principiis. Et quamvis Bonitas
 „ substantialis per se ipsam sit & bonificet (idem
 „ est de aliis principiis) hoc tamen non est,
 „ nec potest independentè à Potestate, à quâ
 „ Bo-

„ non habet posse esse
 „ ens enim à Potestate
 „ posse habet, quod
 „ talis essentia
 „ tuens bonum
 „ ri vel operatione
 „ are. Potestas
 „ itas, sed est per
 „ quitur B. DOCT.
 „ De Potestate
 „ cipium substantia
 „ profunde maiore
 „ tate in generali P
 „ principia passive
 „ substantia constitut
 „ utrius Potestatem
 „ testates approp
 „ ea sit in ipsis mo
 „ vi, non passiv
 „ est potentia ec
 „ nificativa, seu
 „ in quantum ip
 „ tens magnitudin
 „ principis.
 „ De Divin
 „ LA. in. 14. 7.
 „ veta: „ Com
 „ confidente
 „ aliquo acci
 „ Bonitas, N
 „ ræ Dignit
 „ Bonitas.

Bonitas habet posse esse, & posse bonificare; Bonitas enim à Potestate habet posse, & à se ipsâ habet, quodd illud posse sit tale, si- ve talis essentiali, siue quodd sit Bonitas con- stituens bonum, & quodd sit posse talis ope- rari vel operationis, quod vocamus bonifi- care. Potestas autem errandi non est Pote- stas, sed est per suam privationem, ut lo- quitur B. DOCTOR statim citandus.

2. De Potestate generali, quæ est Prin- cipium substantiale in qualibet substantiâ; profuunt multæ Potestates speciales sus- tinentur in generali Potestate activè, & in aliis principiis passivè: unde sequitur, quodd in substantiâ constitutâ de omnibus principiis ultra Potestatem substantialem sint multæ po- testates appropriatæ ipsis Principiis, ut per ea sit in ipsis multiplex potentia, nunc acti- va, nunc passiva; sicut in Bonitate, in quâ est potentia activa, in quantum ipsa est bo- nificativa, seu potens bonificare, & passiva, in quantum ipsa est magnificabilis, seu po- tens magnificari. Similiter discurre de aliis principiis.

3. De Divinâ Potestate B. DOCTOR in *Leet. cit. pag. 15. N. 3.* hæc clara pronuntiat verba: "Convenit in Nostro Domino Deo
 „ considerare substantialem Potestatem sine
 „ aliquo accidente; &, quia sua Potestas,
 „ Bonitas, Magnitudo, æternitas & cæte-
 „ ræ Dignitates sunt unum idem numero,
 „ Bonitas, Magnitudo &c. possunt existe-
 „ re

„ re & agere per se ipsas ; sed, ne sint otio-
 „ sæ ratione Potestatis, omnes sunt infi-
 „ mul una possificativa forma, quæ est Per-
 „ sonativa, & ista est Persona Patris, quæ
 „ de se ipsâ (sive de suâ Essentiâ) generat Fi-
 „ lium, qui est possitus. Et possifi-
 „ care est S. Spiritus, quem Pater & Filius
 „ spirant, qui est spiratus. Et om-
 „ nes tres Personæ sunt una Essentia, quæ
 „ est Potestas, & est Bonitas, Magnitudo
 „ &c.; & ista Potestas est altior & nobili-
 „ or, quàm omnis alia Potestas, & ratione
 „ ipsius possunt existere & agere in tribus
 „ Personis Bonitas, Magnitudo &c., sicut
 „ Potestas, quæ ibi potest intelligi ratione
 „ sapientiæ, & amari ratione voluntatis, &
 „ esse bona ratione Bonitatis, & magna ra-
 „ tione Magnitudinis, & sic de reliquis. Il-
 „ lud possificare Dei verò superius dictum
 „ potest durare, quia æternitas in illo po-
 „ test habere suum æternare; & potest es-
 „ se infinitum, quia Magnitudo habet in
 „ eo suum infinire; & potest esse bonum,
 „ quia Bonitas habet in eo suum bonifica-
 „ re; &, quia quælibet Dignitas est alia, non
 „ potest deficere, nec esse finitum, nec ma-
 „ lum, nec ignorans, quia sapientia habet
 „ in eo suum intelligere; nec potest esse odi-
 „ bile, quia Voluntas in eo habet suum
 „ amare.

4. Plura de Potestate accipe ex *Lib. Prov.*
 ubi *Part. I. Cap. 24. B. DOCTOR* ita habet
 N.

„ N. 1. Quia Deus est Potestas, omnis Po-
 „ testas est amabilis. N. 2. Nulla finita Po-
 „ testas potest contra infinitam. N. 3. Nul-
 „ lus potest cogere Potestatem, quæ potest
 „ de infinitate & æternitate. N. 4. Non est
 „ perfecta Potestas, quæ de se non po-
 „ test producere possimum. N. 5. Æterni-
 „ tas non posset esse infinita sinè infinitâ Po-
 „ testate. N. 6. Potestas, quæ non est li-
 „ bera, non est perfecta. N. 7. Infinitæ &
 „ æternæ possirivitati convenit infinita & æ-
 „ terna possibilitas. N. 8. Potestas non po-
 „ test tantum de alio, quantum de se ipsâ.
 „ N. 9. Potestas, quæ non potest tantum
 „ dare, quantum accipere, est infirma. N.
 „ 10. Plus valet Potestas amandi, quàm sen-
 „ tiendi. N. 11. Potestas, quæ non potest
 „ in omni tempore, non est magna. N. 12.
 „ Potestas, quæ potest sinè Bonitate & vir-
 „ tute, non est creatura. „ Videtur B. DOC-
 „ TOR dicere, quodd Potestas peccandi non
 „ sit bona & virtuosa potestas, sed sit defe-
 „ ctus illius, qui defectus à Deo non est crea-
 „ tus; sicut enim impeccabilitas est perfecta
 „ Potestas, sic peccabilitas est defectus illius.
 „ N. 13. Omnis otiosa Potestas est infirma.
 „ N. 14. Injuriam facit Potestati, qui illam
 „ tenet otiosam. N. 15. Potestas sinè possi-
 „ ficare non est plena. N. 16. Potestas est
 „ major per concordare, quàm per contra-
 „ rari. N. 17. Potestas, quæ potest prin-
 „ cipiare (relatè ad illa, quæ principiat) est pri-

„ ma. N. 18. Nulla Potestas (creata) sim-
 „ pliciter potest sinè aliâ. N. 19. Necessa-
 „ ria Potestas est major, quàm contingens.
 „ N. 20. Potestas non potest habere quietem
 „ sinè possificare.

5. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
 TOR ibidem *Part. 2. Cap. 6.* ubi ita discurre:
 „ Potestas est id, per quod Bonitas, Mag-
 „ nitude, Duratio & alia principia possunt
 „ existere & agere. N. 2. Bonitas potest
 „ esse per Potestatem, in quantum potest
 „ esse. N. 3. Bonitas potest per Potestatem,
 „ in quantum potest habere actum. N. 4.
 „ Quia Potestas potest de Magnitudine, po-
 „ test per se ipsam esse magna. N. 5. Si Po-
 „ restas non esset substantialis pars, non pos-
 „ set de substantiâ. N. 6. Nulla Potestas
 „ posset tantùm de Magnitudine, quantum
 „ de parvitate, si non esset de substantiali
 „ naturâ. N. 7. Si omnis Potestas esset ac-
 „ cidens, substantia posset plùs per accidens,
 „ quàm per se ipsam. N. 8. Per Potesta-
 „ tem potest substantia esse de formâ & de
 „ materiâ. N. 9. Sinè actu Potestatis sub-
 „ stantia non posset esse de formâ & de ma-
 „ teriâ. N. 10. Omne possificare meliùs
 „ convenit rationi Potestatis, quàm alteri
 „ rationi. N. 11. Omnis Potestas cum suo
 „ actu est propinquior suo fini, quàm cum
 „ alio. N. 12. Omnis Potestas est major
 „ per propriam qualitatem, quàm per ap-
 „ propriatam. N. 13. Potestas errandi non
 „ est

potestas, sicut per
 im privationem.
 per suam Dur-
 Potestas est
 per passionem
 dat per actum
 N. 17. Nulla
 magna, sicut Po-
 restas, quæ non
 magne. N. 18.
 terialis. N. 20. N.
 Potestas

CAP

De Deo

1. Sapiencia
 ratione
 Potest considerari
 derari potest ge-
 versal principio
 bus non minus,
 sic, & per quod
 se hoc, quod si
 operatur, sicut
 turalem sapientiam
 modo sapientiam
 quale Bonitas
 im Bonitas,
 dem modo,

„ est potestas, ideo potestas errandi est per
 „ suam privationem. N. 14. Potestas boni
 „ est per suam Durationem. N. 15. Om-
 „ nis Potestas est major per actionem, quam
 „ per passionem. N. 16. Potestas se prius
 „ dat per actionem, quam per passionem.
 „ N. 17. Nulla Potestas corporis est iam
 „ magna, sicut Potestas animæ. N. 18. Po-
 „ testas, quæ non potest de se ipsâ, non est
 „ magna. N. 19. Omnis possibilitas est ma-
 „ terialis. N. 20. Nulla res potest plus, quam
 „ Potestas.

CAPUT V

De Definitione Sapientiæ.

1. „ **S**apientia seu intellectus est proprietas,
 „ ratione cujus sapiens intelligit. „
 Potest considerari dupliciter, *Primò* confi-
 derari potest generaliter pro simplici Uni-
 versali principio, quod est in omnibus re-
 bus non minùs, quam Bonitas, Magnitudo
 &c., & per quam omnes res intelligunt se esse
 hoc, quod sunt, & operari hoc, quod
 operantur, secundùm suam naturam & na-
 turalem sapientiam ipsis à Deo datam. Hoc
 modo sapientia est principium omninò æ-
 quale Bonitati, Magnitudini &c., & per ip-
 sam Bonitas, Magnitudo &c. sunt sapientia
 eodem modo, quo ipsa sapientia est bona

per Bonitatem , & magna per Magnitudinem &c.

2. Hanc sapientiam B. DOCTOR in *Lect.* citatâ pag. 16. exponit his verbis : “ In rebus
 „ autem, quæ non habent rationalem animam,
 „ sunt aliquæ similitudines intellectûs,
 „ sicut in irrationali animâ, in quâ est
 „ imaginativa, in quâ imaginatur sensibiles
 „ res, ut per talem instinctum habeat modum
 „ vivendi, item in plantâ, lapide, &
 „ in compositis & simplicibus Elementis, &
 „ in supra cœlestibus corporibus, in quibus
 „ naturalis instinctus est similitudo & figura
 „ intellectûs seu sapientiæ, ut habeant modum
 „ generandi species & individua eorum,
 „ & illis dandi dispositionem, quæ illis convenit
 „ secundum ordinem naturæ.

3. De hoc rerum animâ rationali carentium naturali instinctu B. DOCTOR *Libr. Proverb. Part. 2. Cap. 52.* itâ loquitur N. 1. Instinctus est scientia naturalis potentiæ. N. 2. Naturalis instinctus est declaratio naturalis operationis. N. 3. Ordo naturæ est naturalis instinctus. N. 4. Homini est data discretio ad utendum ratione, & igni instinctus ad utendum calore. N. 5. Nemo est naturalis, si non habet cognitionem de naturali instinctu. N. 6. Ordo, quem planta habet in producendo folia ad conservandum & custodiendum flores & fructus à nimio calore & frigore, est naturalis instinctus. N. 7. Ignis habet natu-

„ turalem instinctum, in quantum se asso-
 „ ciat cum aëre, ut cum illo constringat a-
 „ quam. N. 8. Per Naturalem instinctum
 „ ignis accipit siccitatem à terrâ, ut con-
 „ stringat aërem cum calefactione. N. 9.
 „ Naturale agens habet instinctum ad dispo-
 „ nendum materiam, ut possit trahere for-
 „ mam, quæ in ipsâ est in potentiâ. N.
 „ 10. Animal agens, cum generat, loco
 „ discretionis habet instinctum in producen-
 „ do supercilia supra oculos, & nasum su-
 „ pra os. N. 11. Ignis habet instinctum ad
 „ desiccandum regulam cum siccitate, & ad
 „ dissolvendum glaciem cum suo calore. N.
 „ 12. Per naturalem instinctum natura habet
 „ appetitum ad res, quibus indiget. N. 13.
 „ Ignis habet instinctum ad ascendendum per
 „ levitatem, & aqua ad descendendum per
 „ ponderositatem. N. 14. Sicut lux est in-
 „ strumentum ad videndum, sic calor ignis
 „ est instrumentum ad suum instinctum, cum
 „ quo discurrit. N. 15. Omnia naturalia
 „ instrumenta sequuntur instinctum naturæ.
 „ N. 16. Quia sol & ignis habent similitu-
 „ dinem per lucem, habet sol instinctum ha-
 „ bendi majorem Concordantiam cum illo,
 „ quàm cum aquâ. N. 17. Instinctus ita
 „ præcedit appetitum, sicut intellectus præ-
 „ cedit voluntatem. N. 18. Quælibet plan-
 „ ta habet instinctum ad multiplicandum su-
 „ am speciem. N. 19. Nullus est tam con-
 „ trarius naturali instinctui, sicut homo. N.

20. In brutis animalibus associantur naturalis instinctus & industria, & in animali rationali instinctus & discretio.

4. *Secundo* Sapientia considerari potest specialiter pro quadam essentiâ constitutâ de Bonitate & cæteris Principiis ad esse intellectivum specificatis, & hoc modo ipsa dicitur intelligentia, quæ est una de tribus essentialibus partibus Angeli vel animæ rationalis. Hæc sapientia vel intelligentia est proprietas, ratione cujus Angelus, anima rationalis, & homo per illam intelligunt; & hæc est major & nobilior, quàm Bonitas, Magnitudo &c., quia ipsa non est principium simplex, sed est essentia ex omnibus simplicibus principiis constituta; & consequenter includens Perfectionem omnium illorum.

5. Quare autem in Angelo & homine sit hæc Essentia major, Ratio est, quia Deus est intelligibilis ab illis, non autem est bonificabilis, magnificabilis &c. ab eis; & idè oportet, quòd in illis sit Potestas intellectiva Dei, non verò bonificativa, magnificativa &c. ipsius. Hæc Potestas intellectiva propter suum nobiliorem finem debet esse Domina super cæteras Potestates, cum sit nobilior, quàm Bonitas & cæteræ simplices Potestates; &, quia est nobilior, hæc propter suum finem minùs nobilem debent esse illi subditæ & ei servire. Similiter discurre de memoriâ & voluntate. Est tamen Potestas Animæ Christi & Mariæ nobilior omni An-
ge-

Potestas, in
Hujus Sapientia
seu correptione
pg. 16. N. 1.
seu intellectu
intellectivum
de essentiâ
finis sunt
his, in quibus
lectivus, sub
bilis, & sub
rum et intelligen
quantum est
non in conver
eius unitas in
is.
7. Hæc Sapientia
Extremis partibus
& convertens
le intelligibilis
stant, quæ sunt
ipsaque intellec
fo, & vicissim
atur &c.
lectivus, de
nibus, & de
sunt extra
litudinis lapid
generat acci
de his spect
sua acciden

gelicâ Potestate, ut ostendimus Libro de Angelis.

6. Hujus Sapientiæ seu intellectûs concreta seu correlativa B. DOCTOR in *Leet. cit. pag. 16. N. 1.* itâ proponit: "In Sapientiâ
 „ seu intellectu naturaliter & essentialiter sunt
 „ intellectivum, intelligibile & intelligere
 „ de essentiâ intellectûs, & hæc tria itâ distincta sunt unus intellectus distinctus in
 „ illis, itâ, quod sub ratione formæ est intellectivus, sub ratione Materiæ intelligibilis, & sub ratione conjunctionis amborum est intelligere; sed ipse intellectus, in quantum est unus, est indivisibilis, ut non sit convertibilis in aliam essentiâ, nec ejus unitas sit diminuta, nec corruptibilis.

7. Hæc Sapiencia vel intellectus est substantialis pars substantiæ rationalis, adducens & convertens in suum proprium intelligibile intelligibilitates aliarum partium suæ substantiæ, quæ sunt Bonitas, Magnitudo &c., ipsasque intellectificans & illuminans in se ipso, & vicissim ab illis bonificatur, Magnificatur &c. His partibus sic in se ipso intellectificatis, de illarum & de suis similitudinibus, & de similitudinibus illorum, quæ sunt extra ipsius substantiam, sicuti est similitudo lapidis, plantæ &c. ipse format & generat accidentale intelligere compositum de his speciebus vel similitudinibus, & per istud accidentale intelligere intelligit suum

substantiale intelligere & semetipsum, ac alia
 objecta sibi extrinseca. Hoc accidentale in-
 telligere sustentatur in substantiali intelligere,
 & in illo existit in potentiâ, deduciturque in
 actum, quando intellectus in suum propri-
 um intelligibile convertit extrinsecas intelli-
 gibilitates. Qualiter autem Beati in Cœlis
 Deum intelligant immediatè cum suo substan-
 tiali intelligere? vide in Nostro de Angelis
 Libro.

8. De Divinâ autem Sapientiâ B. DOC-
 TOR ibidem N. 3. hæc clara habet verba:
 „ In Deo convenit intelligere unam substan-
 „ tialem Sapientiam sinè aliquo accidente,
 „ cum quâ intelligit se ipsum, & omnia crea-
 „ ta, & Deus est suamet Sapientia, & in ip-
 „ so Sapientia, Magnitudo, Bonitas &c. sunt
 „ una & eadem Essentia & Natura in nume-
 „ ro, una Deitas & unus Deus; & quia
 „ prædicta Unitas est infinita & æterna,
 „ Sapientia non posset intelligere Bonitatem,
 „ Magnitudinem & alias Dignitates Dei,
 „ si in semetipsâ non haberet naturam &
 „ proprietatem intellectivi, intelligibilis &
 „ intelligere; & idè ad conservandum Uni-
 „ tatem, quam habet cum aliis Dignitatibus,
 „ est ipsa Sapientia unus sapiens, qui in-
 „ telligit, & iste sapiens est unus cum om-
 „ nibus Dignitatibus, & in intelligendo se
 „ ipsum & omnes Dignitates suas generat
 „ de toto se ipso unum intellectum & in-
 „ telligibilem, qui bene, æternaliter & in-
 „ fini-

est intel-
 est omnes D
 nates sunt in
 quia de omni
 idem reman
 re, quod est
 S. Spiritus Pa
 de toto Parre
 nibus Dignit
 est omnes Di
 confitit, & ip
 numero; intell
 libentem rema
 am, in quo
 nis sunt una
 ra, & hoc vi
 bus. Et co
 necessitate
 magna Ra
 æternaliter
 nitates rem
 tiones; nam
 nis per Se
 inquit, ita
 bona suppo
 hoc idem in
 nitate et o
 9. Plura
 DOCTOR
 Sapientia
 telligere.
 tare non

5, finitè est intellectus, & iste est Filius,
 „ qui est omnes Dignitates, & omnes Dig-
 „ nitates sunt in eo unum idem numero,
 „ quia de omnibus ipsis est genitus, & in
 „ iisdem remanet & consistit; & intellige-
 „ re, quod est inter ipsum & Patrem, est
 „ S. Spiritus Personaliter, qui est Spiratus
 „ de toto Patre & de toto Filio, & de om-
 „ nibus Dignitatibus, & idè S. Spiritus
 „ est omnes Dignitates & in eis remanet &
 „ consistit, & ipsæ in illo sunt unum idem
 „ numero; intelligere tamen absolutè con-
 „ sideratum remanet una eadem essentia &
 „ natura, in quo Pater, Filius & S. Spi-
 „ ritus sunt una eadem Essentia & Natu-
 „ ra, & hoc idem de omnibus Dignitati-
 „ bus. Et convenit, quòd ista omnia de
 „ necessitate sint, ut Sapientia sapienti sit
 „ magna Ratio intelligendi, & ut sapiens
 „ æternaliter & infinitè intelligat, & ut Dig-
 „ nitates remaneant reales & inconfusæ Ra-
 „ tiones; nam, sicut convenit, quòd Bo-
 „ nitas per Sapientiam existat scita suppo-
 „ sitaliter, ità convenit, quòd Sapientia sit
 „ bona supposititaliter ratione Bonitatis; &
 „ hoc idem sequitur de Magnitudine, æter-
 „ nitate & cæteris Dignitatibus.

9. Plura accipe ex *Libr. Proverb.* ubi B.
DOCTOR *Part. 1. Cap. 25.* ità habet *N. 1.*
 „ Sapientia non potest esse infinita finè in-
 „ telligere. *N. 2.* Sinè æternâ intelligibili-
 „ tate non potest esse æternum intelligere.

„ N. 3. Intellectivitas Dei est major, quàm
 „ intelligibilitas creaturarum. N. 4. Deus
 „ intelligit omnia sinè medio. N. 5. In in-
 „ telligere Dei non est aliqua otiositas. N. 6.
 „ Quidquid Deus intelligit, intelligit ad se
 „ ipsum. N. 7. Deus ità se intelligit cum
 „ suo intellectu, sicut se amat cum suâ Vo-
 „ luntate. N. 8. Deus, in quantum intel-
 „ ligit se posse Deum, producit Deum; &
 „ in quantum intelligit, se esse Deum, non
 „ producit Deum. N. 9. Quia S. Spiritus
 „ intelligit, quòd non possit Deum, non
 „ producit Deum. N. 10. Quia Pater &
 „ Filius intelligunt, quòd possint Deum,
 „ producunt Deum. N. 11. Deus non est
 „ major, quàm suum intelligere. N. 12.
 „ Malum, quod Deus intelligit, non est ma-
 „ lum in suo intelligere. N. 13. Quidquid
 „ Deus in se ipso intelligit, est Deus. N.
 „ 14. Illud, quod Deus extra se intelligit,
 „ non est Deus. N. 15. Intelligere Dei non
 „ plùs extenditur, quàm sua substantia. N.
 „ 16. Malum, quod Deus intelligit, vult in-
 „ telligere. N. 17. Si aliqua intelligibilitas
 „ in Deo esset creatura, Deus non intelli-
 „ geret omnia in Æternitate. N. 18. Si
 „ Deus ignoraret aliquid, illud esset majus,
 „ quàm Deus. N. 19. Deus faceret injuri-
 „ am suo intelligere, si non amaret intelli-
 „ gi ab hominibus. N. 20. Sicut Deus intelligit,
 „ quòd multùm ametur ab hominibus, sic di-
 „ ligit, quòd multùm ab ipsis intelligatur.

10. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
 TOR ibidem *Part. 2. Cap. 7.* ubi ita discursit
 N. 1. "Sapientia est id, per quod sapi-
 " ens intelligit. N. 2. Sapiens non potest
 " intelligere sine actu sapientiæ. N. 3. Si
 " sapientia est id, per quod sapiens intelli-
 " git, sapiens non potest ignorare cum sa-
 " pientiâ. N. 4. Ignorare est privativus ha-
 " bitus ipsius intelligere. N. 5. Privativus
 " habitus sapientiæ est otiositas, quam sapi-
 " ens facit cum sapientiâ. N. 6. Non est sa-
 " piens, qui intelligit cum sapientiâ sine Bo-
 " nitate. N. 7. Si sapiens esset sapientia, non
 " posset ignorare. N. 8. Si Sapientia non
 " esset substantialis pars sapientis, sapiens
 " plûs desideraret intelligere accidens, quàm
 " substantiam. N. 9. Sapientia habet unum
 " intelligere, quod est de suâ essentiâ, & ali-
 " ud, quod est de suâ operatione. N. 10.
 " Accidentalisis sapientia habet accidentale in-
 " telligere. N. 11. Sapientia per majus in-
 " telligere est major. N. 12. Sapientia non
 " intelligit, sed sapiens intelligit cum sapi-
 " entiâ. N. 13. Sicut homo est finis animæ
 " & corporis, sic sapiens est finis Sapientiæ.
 " N. 14. Nulla Potestas Sapientiæ est mala.
 " N. 15. Omnis intelligibilitas est bona. N.
 " 16. Sapientia est lumen actibus partium,
 " cum quibus participat. N. 17. Sapiens
 " non potest uti sapientiâ sine dispositione
 " illius & sui objecti. N. 18. Dispositio par-
 " tium, cum quibus Sapientia participat, est

- „ via suū intelligere. N. 19. Intrinsicum
 „ intelligere est causa extrinseci intelligere.
 „ N. 20. Extrinsecum intelligere est illud,
 „ quod est de multis speciebus.

CAPUT VI

De Definitione Voluntatis.

1., **V**oluntas sivè amor est proprietas, ra-
 „ tione cujus Bonitas, Magnitudo
 „ &c. sunt amabiles & desiderabiles, & per
 „ quam (ut habetur in *Art. Invent.*) supposi-
 „ tum bonum, magnum &c. est volens.,,
 Uno modo accipitur pro potentiâ vel essen-
 tiâ constitutâ de omnibus principiis specifica-
 tis ad esse volitivum, eo fine à Deo creatâ,
 ut ipse per eam sit volitus à creaturâ ratio-
 nali propter suam volibilitatem. Hoc mo-
 do accepta solùm reperitur in creaturâ ratio-
 nali. Alio modo accipitur pro naturali ap-
 petitu indito omnibus rebus, ut omnes na-
 turaliter appetant & desiderent esse id, quod
 sunt, petantque operari secundùm naturam
 voluntatis seu appetitûs sui esse. Hoc modo
 reperitur in omnibus rebus tanquàm princi-
 pium intrinsicum & essenziale illarum. Hæc
 B. DOCTOR in *Lect. cit. pag. 17. & 18.* ex-
 ponit expositione nimis amplâ, quam quasi
 in compendio proponemus.

2. In Angelo & animâ rationali voluntas
 est

est substantialis pars substantiæ habens in se
substantiale volitivum, volibile & velle, quæ
sunt de ejus essentiâ, & cum quibus manet
una substantialis pars substantiæ. Cum hoc
substantiali velle voluntas amat Deum in Pa-
triâ, & sinè tali velle non amaret Deum cum
majoritate voluntatis, sed cum medio & vel-
le accidentali, & per hoc eveniret, quòd
Deus voluntatem (idem est de aliis partibus)
non posset glorificare substantialiter, & sinè
medio. De hoc vide Nostrum Librum de
Angelis.

3. Bonitas voluntatem bonificat, Magni-
tudo magnificat, & ità de aliis, & hoc vo-
luntas desiderat; & hinc est, quòd etiam de-
sideret, in Bonitate esse essentielle bonificati-
vum, bonificabile & bonificare, & ità de aliis
per TIVUM, BILE, ARE significatis, ut
voluntas possit in illis quiescere, & perfectè
habere cum illis suum amare ab illis bonifica-
rum, magnificatum &c.

4. Hoc amare est substantiale, in quo su-
stentatur amare accidentale compositum de
similitudinibus Bonitatis, Magnitudinis &c.
amabilium in specie amabilitatis, & durat,
secundùm quòd substantiale amare illud su-
stentat, & vivit de specie accidentalis ama-
bilitatis, in quâ substantiale amativum imprimi-
t & figurat similitudinem substantialis ama-
bilitatis. Unde, quando aliqua forma ipsi-
us amare, quales formæ sunt Bonitas, Mag-
nitude &c. contrariatur illi figurationi aut

im-

impressione, hæ formæ per accidens sunt odibiles & non desiderabiles; & substantiale amare convertit in se ipso substantialem amabilitatem in odibilitatem, & accidentalem iram & tristitiam, & habet malam voluntatem contra illa, quæ ipsam impediunt ab amando odibilia. Dum etiam anima est in peccato, tunc ejus substantiale amare est infirmum, in quo pervertit naturales odibilitates, quæ sunt vitia & peccata, in accidentales amabilitates, & habet malam & vitiosam voluntatem,

5. Eodem modo discurre de naturali appetitu, qui est similitudo & figura voluntatis, & est in elementis, plantis, animalibus, & in omnibus generabilibus naturalibus & substantialis pars substantiæ, ut in ipso substantiales partes substantiæ convenient ad componendam substantiam per viam concordiæ & generationis; sed, quando naturale agens in suo substantiali appetitu pervertit res appetibiles in contrariam appetibilitatem, tunc appetitus est infirmus, & accidentaliter moritur per viam contrarietatis & corruptionis.

6. Est etiam alius naturalis appetitus, qui in plantâ appetit plantare, in bruto sentire, & hoc ad multiplicandum species, ratione cujus appetitûs planta multiplicat folia, flores & fructus, & animal appetit generare & sentire calorem, frigiditatem, odorem, saporem &c. similiter animalia habent appetitum

ad res
favum,
ad faciendum
accidentales,
nodum vivere
7. De hoc
Lib. Prover. Cap.
petitus est
pleniorum.
petri habere
3. Quia plus
vanum, ideo
4. Firmi app
in ipâ habent
tu movet mu
com appetit
ret se sol
petitum, e
habent app
bent in pe
8. Omnis
piendum &
bet appetit
& ad dand
nis celest
calefaciend
equam ab
appetit.
am contr
ria appet
haberet

titum ad res artificiales, sicut apes ad faciendum favum, avis ad faciendum nidum, aranea ad faciendum telam; & isti appetitus sunt accidentales, ut animalia per ipsos habeant modum vivendi.

7. De hoc naturali appetitu B. DOCTOR
Lib. Proverb. Cap. 52. ita loquitur N. 1. „Ap-
 „ petitus est delectatio, quæ requirit com-
 „ plementum. N. 2. Omnis potentia ap-
 „ petit habere actum, ut non sit otiosa. N.
 „ 3. Quia plus est esse & agere, quàm esse
 „ tantum, ideo operatio est desiderabilis. N.
 „ 4. Forma appetit magnam materiam, ut
 „ in ipsâ habeat magnum actum. N. 5. For-
 „ ma movet materiam ad habendum mag-
 „ num appetitum. N. 6. Si materia move-
 „ ret se ipsam sine formâ ad habendum ap-
 „ petitum, esset forma. N. 7. Substantiæ
 „ habent appetitum, quod formas, quas ha-
 „ bent in potentiâ, producant in actum. N.
 „ 8. Omnis forma habet appetitum ad acci-
 „ piendum & ad dandum. N. 9. Ignis ha-
 „ bet appetitum ad accipiendum siccitatem,
 „ & ad dandum suum calorem. N. 10. Ig-
 „ nis calefacit aquam, ut illi det appetitum
 „ calefaciendi. N. 11. Quod magis ignis calefacit
 „ aquam, eò magis aqua destructionem illius
 „ appetit. N. 12. Nulla materia appetit su-
 „ am contrariam formam. N. 13. Si mate-
 „ ria appeteret suam contrariam formam,
 „ haberet appetitum ad suum contrarium
 „ actum.

5, actum. N. 14. Planta habet appetitum
 ,, ad vegetandum, & sensus ad sentiendum.
 ,, N. 15. Appetitus, quem planta habet ad
 ,, faciendum folia & flores, est, ut faciat
 ,, fructum. N. 16. Nullus sensus appetit
 ,, sentire contra suam delectationem. N. 17.
 ,, Omnis potentia habet majorem appetitum
 ,, per suam speciem, quàm per aliam. N.
 ,, 18. Intellectus habet appetitum ad mag-
 ,, num intelligere, ut habeat magnam pote-
 ,, statem. N. 19. Intellectus habet appeti-
 ,, tum ad magnum intelligere, ut per intel-
 ,, ligere multum recolatur & ametur. N.
 ,, 20. Secundum nobilitatem objecti ipsum
 ,, est appetibile à voluntate.

8. Voluntas Dei est substantialis sine ullo
 accidente; & idè est id, per quod Bonitas,
 Magnitudo &c. sunt substantialiter desidera-
 biles & amabiles. Non desiderat quantum
 ad communitatem essentiae, quod in Bo-
 nitate (Idem est de aliis) fit, TIVUM, BI-
 LE. ARE; quia Bonitas jam est bonificata
 aeternaliter & infinite quo ad Essentiam; sed,
 quia voluntas nequit esse otiosa, desiderat in
 se ipsa amativum, amabile & amare, & hoc
 desiderando desiderat in Bonitate (idem est
 de aliis) TIVUM, BILE, ARE, ut suum
 amativum sit bonificativum, suum amabile
 sit bonificabile, & suum amare sit bonificare,
 ut amet cum Bonitate, Magnitudine, Dura-
 tione &c.

9. Voluntas Dei, quæ amat, quod in se
 ipsa

ipsâ sit TIVUM, BILE, ARE; est ipsum-
met TIVUM, BILE, ARE sinè ullâ disti-
ctione ab illis, ut sæpè dictum est, & amat
esse illa, sive amat esse amativum, amabile
& amare, ut non sit otiosa, & ut possit
amare se ipsam in suo TIVO, BILI, &
ARE, ac etiam amare Bonitatem, Magnitu-
dinem &c. in suis TIVIS, BILIBUS &
ARE.

10. Hæc B. DOCTOR in *Lect. cit. pag. 18.*
his claris verbis proponit : “Divina Volun-
tas, in quantum est amativum esse, est
” Personale Paternale esse; & in quantum
” amabile, est Personale Filiale esse; & in
” quantum amare, est Personale spirabile
” esse; & idem sequitur de Bonitate & aliis:
” & idè Voluntas est id, per quod Boni-
” tas, Magnitudo &c. sunt desiderabiles &
” amabiles in Personalibus Proprietatibus,
” in quibus Bonitas sit magna ratione Mag-
” nitudinis, & Magnitudo bona ratione Bo-
” nitatis, & quòd sint reales inconfusæ Ra-
” tiones, quia magnum bonum est Bonitati,
” quòd habeat in se ipsâ, & per totam se ip-
” sam, & de se ipsa æternaliter & infinite
” bonificativum, bonificabile & bonificare
” sinè differentiâ Essentiæ & Naturæ, sicut
” est magnum bonum Voluntati, quòd sit
” una eadem Essentia & Natura cum suo
” amativo, amabili & amare, & quòd ha-
” beat ea in semetipsâ, de se ipsâ, & per
” se ipsam æternaliter & infinite, & illorum

privatio esset illi otiositas, vacuitas, malitia, parvitas &c.

11. Plura accipe ex B. DOCTORE *Lib. Prov. Part. 1. Cap. 26.* ubi ita habet N. 1. Totum, quod est in Divinâ Voluntate, ita est Deus, sicut totum, quod est in Divinâ Sapientiâ. N. 2. Ut odire in Divinâ Voluntate non sit Deus, non potest in illâ esse. N. 3. Divina Voluntas ita amat totum bonum hominem, sicut Divina Sapiencia totum intelligit. N. 4. Divina Voluntas tantum non amat malum hominem, quantum Divina Sapiencia illum intelligit. N. 5. Divina Voluntas tantum amat actus Divinarum Rationum, quantum suum proprium. N. 6. Amare, quod non est de Deo in Deum, non est infinitum. N. 7. Illa voluntas non habet infinitam Potestatem, quæ non potest dare totum suum amare. N. 8. Voluntas, quæ non habet infinitum amabilem, non est plena. N. 9. Omnes finitæ Voluntates debent obedire infinitæ Voluntati. N. 10. Deus, in quantum diligit se esse Deum, non producit Deum, sed, in quantum diligit se amari per Deum, producit Deum. N. 11. Deus de Deo est infinite amabilis. N. 12. Finita Voluntas cum humilitate & patientiâ movet infinitam Voluntatem ad pietatem. N. 13. Injuriam facit Divinæ Voluntati, qui ipsam non amat. N. 14. Qui in Deo aliquid odit, non amat Deum. N.

19. Qui aliquid plus diligit, quàm Deum,
 facit de illo suum Deum. N. 16. Sine
 amare Deus non participat cum ullo homi-
 ne. N. 17. Deus non potest amare illos
 homines, qui ipsum non amant. N. 18.
 Plus valet omnè amare in scientiâ, quàm
 in credentiâ. N. 19. Nihil de Deo amat,
 qui ipsum non totum amat. N. 20. Quid-
 quid Deus amat, cum toto se ipso amat.

12: Accipe & illa, quæ habet B. DOCTOR
 ibidem Part. 2. Cap. 8. ubi ita discurren N. 1.

Voluntas est id, per quod Bonitas, Mag-
 nitudo, Duratio, Potestas, Sapientia &
 alia principia sunt volibilia. N. 2. Vo-
 luntas cum suâ volitivitate est causa extrin-
 secæ volibilitatis. N. 3. Extranea amabi-
 litas est amabilitas Bonitatis, Magnitudi-
 nis &c. N. 4. Voluntas est id, cum quo
 volens habet velle. N. 5. Si voluntas non
 esset substantialis pars, volens naturaliter
 magis amaret accidens quàm substantiam.
 N. 6. Voluntas habet unum velle per sub-
 stantiam, & aliud per accideus. N. 7. Vel-
 le substantiale est incorruptibile. N. 8.
 Velle accidentale est imago & impressio
 velle substantialis. N. 9. Voluntas cum
 suo velle substantiali movet suum velle ac-
 cidentale. N. 10. Odibilitas non est de
 Essentiâ Voluntatis, quia Essentia Volun-
 tatis non est de contrariis. N. 11. Vo-
 luntas ita acquirit species amabilitatum, si-
 cut intellectus intelligibilitatum. N. 12.

„ Quò magis intellectus se extendit ad in-
 „ telligendum veritatem, eò magis veritas
 „ amabilitatis est disposita, quòd ametur. N.
 „ 13. Non sequitur, quòd, si omne intel-
 „ ligibile est amabile, omne intellectum sit
 „ amabile. N. 14. Illud, propter quod in-
 „ tellectum omne non est amabile, est, quia
 „ propter aliqua mala opera est odibile. N.
 „ 15. Intelligibilitates sunt materiae multi-
 „ plicationis ipsius amare. N. 16. Amabi-
 „ litas propter maiorem Bonitatem est ma-
 „ gis amabilis. N. 17. Potestas datur vo-
 „ luntati, ut possit amare. N. 18. Si Vo-
 „ luntas non possit amare, omnis amabili-
 „ tas esset superflua. N. 19. Voluntas se dat
 „ potestati, ut per illam sit amabilis. N. 20.
 „ Magnitudo se dat Voluntati & potestati,
 „ ut potestas per illam sit multum amabilis.

CAPUT VII

De Definitione Virtutis.

1. „ **V**irtus est origo unitatis Principiorum
 „ Bonitatis, Magnitudinis, Dura-
 „ tionis &c. in uno bono, magno, durabi-
 „ li &c.;, quia à virtute alii principiis com-
 „ munitatam habent illa influere de se ipsis unio-
 „ nem ad invicem, ut constituant unitatem
 „ unius esse boni, magni &c., quod non pos-
 „ sent facere sine virtute. Præter hanc virtu-
 tem

non fingere
 extremis
 ad succurre
 res unitas
 & modos
 ipsi superadd
 rea volubus &
 factus.
 2. Virtut
 nitudo, Durat
 bono; quia Bo
 ea sibi sciendo
 ipsi. Sic quoc
 omni; quòd Bo
 in uno est mag
 nis principis
 ut omni
 omnibus pro
 omniunt u
 de eis conf
 3. Hec
 19. Falsis es
 tur (ut dicim
 est pars suble
 remora à
 tatem magis
 cet &c. con
 stantial vir
 quia solita
 nitudinem
 nem, ut fir
 us, seu co

tem noli fingere uniones & modos superad-
ditos extremis unitis, licet modi isti servire
possint ad succurrendum fragilitati intellectus,
qui res unitas concipere nequit, nisi per unio-
nes & modos superadditos ipsi fiat explicatio,
& ipsi superaddatur intelligentia, & propte-
rea verbis & conceptibus ludere sit assue-
factus.

2. à Virtute Bonitatis oritur, quod Mag-
nitudò, Duratio &c., sint unita in uno esse
bono; quia Bonitas per suam virtutem unit
ea sibi faciendo unum esse bonum de se & de
ipsis. Sic quoque à virtute Magnitudinis
oritur, quod Bonitas, Duratio &c. sint unita
in uno esse magno. Similiter discurre de cæ-
teris principiis, & apparebit, quod à vir-
tute omnium principiorum, quæ est virtus
omnibus principiis generalis, oriatur, quod
omnia sint unita in uno esse bono, magno &c.
de eis constituto.

3. Hæc à B. DOCTORE in *Lect. cit. pag.*
19. Fusiùs exposita brevius exponimus. Igi-
tur (ut dicitur ibidem) Substantialis virtus
est pars substantiæ, ut substantia sit magis
remota à vitio & malitiâ, & ut Bonitas Vir-
tutem magis bonificet, Magnitudo magnifi-
cet &c. contra vitium & malitiam. De sub-
stantiali virtute oritur accidentalis virtus;
quia substantialis virtus in Bonitatem, Mag-
nitudinem &c. transmittit suam similitudi-
nem, ut sint virtuosæ in se & in suis parti-
bus, seu concretis TIVO, BILI, ARE, ac

in suis operationibus, quas habent intrâ se & extra se. Omnes illæ virtutes à virtute substantiali aliis principiis communicatæ ununt se ad invicem, ut sit totum in Essentiâ virtuosum, ac etiam in concretis intrinsicis & operationibus in- & extrinsecis virtuosum; & hæc communicatio in creaturis liberâ voluntate destitutis est naturalis & necessaria; sed, quia homo est liber, potest substantiâ ipsius virtuosa suam similitudinem non mittere in suas ad intrâ & ad extra operationes, & tunc operationes ad intrâ & ad extra sunt vitiosæ, quæ tamen virtuosæ essent, si hujus similitudine essent indutæ. In creaturis etiam non liberis contingere potest, quòd causæ contrariantes impediant receptionem virtutis in operationibus illarum, & ità operationes ipsarum evadant vitiosæ & nocivæ.

4. Qualiter hæc Virtus sit in lapidibus, plantis & herbis, vide pag. cit. N. 2. ubi B. DOCTOR admittit modum accidentalis Virtutis in *verbis, herbis & pretiosis lapidibus*, cum quâ Virtute substantia operatur in rebus exterius, ut in illis manifestetur virtus, quam substantia habet intrâ se, sicut ostenditur in electricis operationibus; & in Pyrite lapide, ex quo excutitur ignis, qui est de Essentiâ ejus lapidis; in excussa scintillâ ignis, quæ oritur ex lapide, est substantialis virtus, in quâ existit in potentiâ accidentalis virtus ad calefaciendam aquam alterius substantiæ.

stantiæ, quantumcunque aqua sit magna, dummodo igni detur sufficientia lignorum, quæ virtus non posset multiplicari in tantam quantitatem caloris sine proprio & substantiali subjecto, in quo virtus sit substantialis pars. Hoc idem est in herbis, plantis &c. in quibus substantialis virtus multiplicat accidentalem virtutem vegetando, & hoc idem fit in sensitivâ multiplicante substantiali virtute accidentales virtutes per modum caloris, saporis &c. Idem sequitur in substantiali virtute in imaginativâ, quæ convertit in suam similitudinem accidentales virtutes sensibilibus objectorum: sicut mater imaginatur suum filium, & illius dispositionem, dum est absens. Virtus quæ usu vel placito hominum tribuitur *verbis*, apparet per affatum, terrentem, delectantem, dum exterius verbo manifestatur, quod est interius in mente. Deo permittente apparet nonnunquam virtus diabolica prolatorum per Necromanticos Verborum in Necromantiâ; & virtus Sanctorum Verborum, per quæ superstitiosi sanant ægrotudines capitis, oculorum &c. Persuasibilia humanæ sapientiæ verba ore sensati, humilis & mansueri prolata penetrant animos, & efficacem habent virtutem humiliandi superbos. Verba Sacramentalia per datam à Deo operatoriam virtutem transmutant panem in carnem *Christi*, & vinum in sanguinem *Christi*.

5. Virtus substantialis est magis alta (ait ibidem B. DOCTOR) in intellectu (idem est de memoriâ & voluntate) qui multiplicat accidentalem virtutem, attrahendo ad se ipsum res ab extra, quas intelligit in se ipso.

6. Est autem Virtus Dei centrum & finis omnis Virtutis, estque illius Virtus in altiore gradu, quia est tota substantialis sine aliquo accidente; & illa Virtus est origo Unitatis suæ Bonitatis, Magnitudinis & aliarum Dignitatum; quia in Deo Bonitas & Unitas Bonitatis, & Bonitas Unitatis sunt unum idem numero, & hoc idem de Magnitudine, Æternitate &c. Unde, sicut Bonitas habet bonificativum, bonificabile & bonificare, sic in suamet Unitate, cum quâ non habet diversitatem essentiæ & naturæ, habet unitivum, unibile & unire, ut unitas non sit otiosa, & ut Bonitas cum illâ remaneat una eadem essentia & natura.

8. Plura scilicet ex *Libr. Proverb.*, in quo B. DOCTOR *Part. 1. Cap. 27.* ita habet N.
 „ 1. Virtus Dei est Centrum & finis omnis
 „ virtutis. N. 2. Virtus sine actu non potest esse remota à vitio. N. 3. In Deo non est moralis Virtus. N. 4. Omnis moralis Virtus est contingens. N. 5. Virtus, de quâ non potest esse virtus, non est infinita. N. 6. De Virtute potest homo cum bono amare habere hoc, quod vult. N. 7. Delectabile est Virtutem re-

„ co-

intelligens
 pius valet
 moris diebus.
 est homo
 Virtutem, am
 à Virtute po
 Virtus est tam
 mo illam po
 pius valet in
 do in armis.
 vit cum virt
 N. 17. Virtus
 ges, quam vi
 in quest sine
 17. Deus p
 & herbis, qu
 suis Nom
 non valet u
 19. Qui e
 quo, N.
 qui dat pi
 9. Accepe
 TOR ibidem
 rit N. 1. Vir
 miraculose
 ralis virtus
 per occide
 terum bo
 virtus
 rum mag
 na virtus
 est singul

„ colere, intelligere & amare. N. 8 Vir-
 „ tus plùs valet in uno die, quàm aurum in
 „ multis diebus. N. 9. De Virtute non po-
 „ test homo defatigari. N. 10. Qui odit
 „ Virtutem, amat vitium. N. 11. De nul-
 „ lâ Virtute potest sequi vitium. N. 12.
 „ Virtus est tam possibilis, quòd quilibet ho-
 „ mo illam potest habere. N. 13. Virtus
 „ plùs valet in amare Deum, quàm fortitu-
 „ do in armis. N. 14. Omni tempore vi-
 „ vit cum virtute, qui cum illâ moritur.
 „ N. 15. Virtus plùs valet in homine pau-
 „ pere, quàm vitium in Rege. N. 16. Nul-
 „ lus potest sinè virtute ire ad Deum. N.
 „ 17. Si Deus posuit virtutem in lapidibus
 „ & herbis, quantò magis illam posuit in
 „ suis Nominibus. N. 18. Omne sentire
 „ non valet unum Virtuofum intelligere. N.
 „ 19. Qui est Virtuofus, non indiget ali-
 „ quo, N. 20. Ille habet plùs de virtute,
 „ qui dat plùs de virtute.

9. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
 TOR ibidem *Part. 2. Cap. 10.* ubi ità discur-
 rit N. 1. Virtus est origo Bonitatis, Mag-
 „ nitudinis, Durationis &c. N. 2. Natu-
 „ ralis virtus est major per substantiam, quàm
 „ per accidens. N. 3. Ex conjunctione mul-
 „ tarum bonarum Rationum nascitur bona
 „ virtus. N. 4. Ex conjunctione multa-
 „ rum magnarum Rationum nascitur mag-
 „ na virtus. N. 5. Una virtus est illa, quæ
 „ est singularis, alia est illa, quæ est com-

„ munis. *N. 6.* Singularis virtus converti-
 „ tur cum suâ specie. *N. 7.* Communis
 „ virtus nascitur de multis in communi spe-
 „ cie. *N. 8.* Ex propriâ virtute ignis exit
 „ appropriata virtus in aërem. *N. 9.* Ex
 „ virtute propriâ & appropriatâ nascitur vir-
 „ tus in plantâ. *N. 10.* Convenit, quòd
 „ virtus, quæ nascitur de multis unitatibus,
 „ sit una & communis. *N. 11.* Omnis vir-
 „ tus, quæ nascitur, est substantialis. *N.*
 „ *12.* In creaturis omnis virtus, quæ exit,
 „ est accidentalis. *N. 13.* Virtus accidenta-
 „ lis est similitudo substantialis. *N. 14.* Ubi
 „ virtus transit, ibi imprimit suam similitu-
 „ dinem. *N. 15.* De magnâ virtute mag-
 „ na impressio. *N. 16.* Virtus imprimit unam
 „ imaginem in Bonitate, & aliam in Magni-
 „ tudine. *N. 17.* Nulla virtus moralis est
 „ substantialis. *N. 18.* Virtus vegetativæ
 „ nascitur in virtute sensitivæ. *N. 19.* Vir-
 „ tus sensitivæ exit in sentire. *N. 20.* Si
 „ non esset ulla virtus substantialis, omne
 „ accidens haberet majorem virtutem, quàm
 „ ulla substantia.

CAPUT VIII

De Definitione Veritatis.

1. „ **V**eritas est id, quod est verum de Bo-
 „ nitate, Magnitudine & aliis prin-
 „ cipiis; „ Et hoc est, quia veritas unita
 „ aliis

aliis principiis est ipsum verum esse constitu-
tum de aliis principiis ab ipsâ Veritate agente
in illa. Unde id, quod verum est de Boni-
tate &c., causatum à substantiali Veritate in
Bonitate &c., est accidentalis virtus; nam,
cùm totum hoc, quod est Bonitas in se &
de se, & in aliis & de aliis principiis, sit ve-
rum, quia totum verificatum est à substan-
tiali veritate agente in Bonitatem & alia prin-
cipia, sequitur, quòd totum hoc sit veritas
accidentalis. Idcirco Veritas est, quòd Bo-
nitas sit Ens, ratione cujus bonum agit bo-
num &c., & Veritas est omne illud, quod
de Bonitate & aliis principiis dictum est, &
adhuc dicitur; sed hæc Veritas est accidenta-
lis proveniens à Veritate substantiali.

2. Deus est suamet Veritas substantialis
sinè ullo accidente, quæ omnes alias Verita-
tes ponit in vero, facitque, quòd omnia,
quæ fuerunt, existant in vero, & quæ futu-
ra sunt, sint exitura in vero; & idè de ne-
cessitate existit Deus, qui est suprema Veri-
tas, quæ facit esse in vero suam Bonitatem,
Magnitudinem &c., sicut sua Sapientia in suo
intelligere facit illas intellectas, & sua Volun-
tas in suo amare facit illas amatas; sed non
facit illas veras absolurè, quia ipsæ sunt ip-
samet veritas, & veritas est ipsamet: unde
solum facit, quòd ipsæ sint veræ in suo ve-
rificare, totâ veritate existente uno verifica-
tivo, qui est ipsæ Dignitates, & de semet-
ipso generat & verificat unum verificabilem
qui

qui est omnes Dignitates, quas verificativus cum verificabili facit esse veras in suo verificare, quod est etiam omnes Dignitates.

3. Plura accipe ex *Libr. Proverb. Part. 1.*
Cap. 28. ubi B. DOCTOR ita habet N. 1. Si
 „ Deus non esset veritas, non esset infinitus.
 „ N. 2. Veritas, quæ non est de veritate, est
 „ finita in Bonitate. N. 3. Si Veritas non
 „ esset objectum Voluntatis, non esset ama-
 „ bilis. N. 4. Qui non amat Veritatem, non
 „ amat ullam amabilitatem. N. 5. Deus non
 „ est intelligibilis sine veritate. N. 6. Ma-
 „ le facit, qui cum falsitate putat amare De-
 „ um. N. 7. Qui non intelligit veritatem,
 „ nihil intelligit. N. 8. Per intelligere &
 „ amare veritatem homo est homo. N. 9.
 „ Intellectus magis amat intelligere verita-
 „ tem, quam honorem. N. 10. Nullus ho-
 „ mo est pauper, si amat veritatem. N. 11.
 „ Per Veritatem sunt homines audaces. N.
 „ 12. Hoc tempus, in quo sumus, habet
 „ majorem indigentiam Veritatis, quam al-
 „ terius rei. N. 13. Qui bene cognosceret
 „ veritatem, illam multum amaret. N. 14.
 „ Nulla Veritas est infirma in suo genere. N.
 „ 15. In omni malo homine est veritas infir-
 „ ma. N. 16. Veritas est infirma sine cha-
 „ ritate. N. 17. Veritas cum falsitate non
 „ potest esse via Dei. N. 18. Veritas plus
 „ valet in uno homine, quam omnes falsita-
 „ tes in omnibus hominibus. N. 19. Nul-
 „ la falsitas potest dicere veritatem. N. 20.
 „ Om-

» Omnis homo potest portare Veritatem cum
» Bonitate.

4. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
TOR ibidem *Part. 2. Cap. 11.* ubi ita discursit
N. 1. " Veritas est id, quod est verum
» de Bonitate, Magnitudine, Duratione, Po-
» testate & aliis. N. 2. Sinè veritate nihil
» potest esse. N. 3. Si veritas non esset,
» omne, quod est, esset falsum. N. 4. Si
» falsitas esset substantia, nulla substantia es-
» set veritas. N. 5. Si in substantiâ nulla
» veritas esset substantialis, substantia esset
» magis vera per accidens, quàm per se
» ipsam. N. 6. Veritas Bonitatis (*in crea-*
» *tis*) non est veritas Magnitudinis. N. 7.
» Si Bonitas & Magnitudo (*in creatis*) essent
» unum & idem, illarum Veritas esset una.
» N. 8. Omnis accidentalis Veritas susten-
» tatur in substantiali. N. 9. Nulla falsitas
» habet substantiale subjectum. N. 10. Om-
» nis falsitas est privativus habitus moralis
» virtutis. N. 11. Si falsitas sustentaretur
» in substantiâ, veritas esset subjectum fal-
» sitatis. N. 12. Falsitas ita est privativus
» habitus veritatis, sicut cœcitas visionis.
» N. 13. Omnis falsitas est falsa similitudo
» Veritatis. N. 14. Si non esset intelle-
» ctus, id, quod est falsum, non haberet
» nomen. N. 15. Nihil est contra intelle-
» ctum, nisi falsitas. N. 16. Verum nihil
» esset sinè actu Veritatis. N. 17. Natu-
» raliter nulla veritas est vacua. N. 18. Il-

» la,

- „ la, quæ implent Veritatem, sunt verifi-
 „ cans, verificabile & verificare. N. 19.
 „ Veritas est plena de se ipsâ. N. 20: Om-
 „ nia; in quantum sunt, sunt verâ:

CAPUT IX

De Definitione Gloriæ,

i. „ **G**Loria est ipsa delectatio, in quâ Bo-
 „ nitas, Magnitudo, & alia prin-
 „ cipia quiescunt; „ quia in illâ habent quie-
 „ tem & delectationem in essendo hoc, quod
 „ sunt, & in operando hoc, quod operantur;
 „ & hanc quietem & delectationem habent ra-
 „ tione Gloriæ dantis eis suam similitudinem
 „ in suo esse & in suo operari. Si principia
 „ crescunt in suo esse & in suo operari, crescit
 „ etiam eorum delectatio; quia crescit Gloria;
 „ & Gloriâ crescente crescit illius effectus; Per
 „ oppositum est discurrendum, si principia
 „ decrescant & minuantur in suo esse & in suo
 „ operari. Id apparet in pueris & animalculis
 „ venientibus in augmentum, in quibus natu-
 „ raliter est gaudium & lætitia, sive delecta-
 „ tio & Gloria, & in senibus & decrescen-
 „ tibus, in quibus naturaliter est tristitia, sive
 „ pœna; in his quidem: quia principiis cres-
 „ centibus & venientibus in augmentum cres-
 „ cit & augmentatur eorum Gloria; in illis au-
 „ tem, quia principiis decrescen-
 „ tibus in diminutionem decrescit & minui-
 „ tur

tur eorum Gloria, & inde provenit tristitia seu pœna. Ex intrinsicâ autem Gloriâ principiorum, & ex eorum intrinsicâ delectatione redundat Gloria & delectatio in compositum ex principis constitutum.

2. De Gloriâ B. DOCTOR in *Lecl. cit.* pag. 21. 22. & 23. dicit plura, quæ verbis declarabimus paucioribus. Dicit igitur ibidem N, 1. Gloriam esse principium substantiale, in quo alia substantiæ principia quiescunt. Ab hac Gloriâ aliis principiis influitur Gloria accidentalis, ut recipiant ejus similitudinem, in qua naturaliter delectentur in substantiâ; sed ista delectatio non est sensibilis per aliquem sensum potentiæ sensitivæ sine delectatione eorum, quæ veniunt ab extra, & subjectantur intrâ substantiam, cui imprimunt suas similitudines, & in quâ multiplicant suas species, sicut faciunt pulchra respectu visûs, laudabilia respectu audirûs, odorifera respectu olfactûs, sapida respectu gustûs, mollia respectu tactûs &c., in quibus homines, imò & bruta delectantur.

3. Quia in potentiâ vegetativâ est plus Bonitatis, Magnitudinis &c., quam in Elementativâ; idèd Elementa magis delectantur, quando existunt sub formâ vegetativæ potentiæ, quam quando existunt sub formâ potentiæ Elementativæ. Idem est de potentiâ vegetativâ existente sub formâ sensitivæ potentiæ, & de potentiâ sensitivâ existente sub formâ imaginativæ potentiæ, &

de

de potentiâ imaginativâ existente sub formâ intellectivæ potentia. Hujus delectatio & Gloria est major & altior redundans in potentias jam nominatas, quæ delectantur, quando possunt esse conjunctæ cum illâ, ut ab illâ intelligantur; & illa vicissim delectatur in illis intelligendis, & habet quietem quando est cum illis conjuncta in humanâ specie, & per hanc conjunctionem potest ipsas melius intelligere.

4. Insuper intellectus delectatur intelligendo se ipsum, suumque substantiale intelligere, atque etiam delectatur in accidentali intelligere composito de similitudinibus principiorum, & de moralibus virtutibus, quod accidentale intelligere quiescit in suo substantiali intelligere.

5. Intellectus in hac viâ ascendit altiùs, & in suo substantiali intelligere format quoddam accidentale intelligere de similitudinibus Dei & Divinarum Dignitatum, considerando, quòd Gloria Dei sit Deus consistens in Personali Gloriativo, Personali Gloriable, & Personali Gloriarî, itâ, ut ista tria sint Deus, & Deus sit ipsa sinè ullâ inter Deum & ipsa ante intellectum distinctione; si enim Gloria Dei esset Glorians vel Gloriativa, & non haberet proprium & Personale Gloriable & Gloriarî, suum Gloriarî esset de aliâ Essentiâ, quæ non est Deus, suumque Gloriarî esset compositum de diversis Essentiis, in quo composito intellectus non posset quiescere,

escere, quia quiescere non potest, nisi in ente simplicissimo & perfectissimo, quale non est ens ex diversis essentiis compositum.

6. Quia corporales sensus non possunt attingere spiritualem Gloriam, & intellectus in hac vitâ sensibus est conjunctus, format accidentale intelligere compositum de similitudinibus Sanctæ Humanitatis CHRISTI, in quo intellectus in hac viâ delectatur. Sed sensus in viâ nec Deum, nec Deum-Hominem attingere possunt; quia Deus est insensibilis, & Deus-Homo secundum Corpus quidem est sensibilis; sed, quia est absens à sensibus, ab illis est inattingibilis, licet sensibilis quo ad Corpus CHRISTUS fuerit, dum erat in Mundo existens. In Patriâ autem post Resurrectionem corporales sensus Sanctorum delectabuntur in Humanitate CHRISTI, quem gloriosum in Corpore audient, videbunt &c., & sine hac Humanitate corporales sensus non possent habere Gloriam in Paradiso, nec perfectè quiescere; & idè necessarium fuit (necessitate à Divinis Dignitatibus petita) Filium Dei assumere Carnem humanam, in quâ videndâ, tangendâ &c. delectarentur & quiescerent corporales Beatorum sensus.

7. Qualiter autem Angeli & Beati quiescant in Gloriâ Dei non solum per memoriam, intellectum & Voluntatem, verum etiam per totam materiam & formam suam (quæ materia & forma in Angelis & anima-

Q

bus

bus rationalibus satis ostensa est in Nostro de Angelis Libro) ac insuper per omnia & tota principia suæ Bonitatis, Magnitudinis &c.? vide in jam dicto de Angelis Libro.

8. Accipe plura de Gloriâ ex *Libr. Proverb. Part. 1. Cap. 29.* ubi B. DOCTOR ita habet N. 1. Nulla Gloria potest esse infinita sinè Gloriari. N. 2. Nullus est magis remotus à pœnâ, quàm ille, qui est Gloria & de Gloriâ. N. 3. Gloria Æternitatis est æternare. N. 4. Delectabile est considerare æternam Glorificationem. N. 5. Viæ Gloriæ sunt Virtutes. N. 6. Dare infinitum donum in Bonitate est magna Gloria. N. 7. Plus valet Gloriari, quod est de intelligere, quàm quod est de sentire. N. 8. Major Gloria, quæ est per sentire, est in Nostro Domino JESU CHRISTO. N. 9. Qui habet Filium Dei, habet magnam Gloriam. N. 10. Major finis Gloriæ est in Deo. N. 11. Ille habet magnam Gloriam, qui est Potestas, Sapiencia & Voluntas. N. 12. Stultus est, qui putat habere Gloriam cum vitio. N. 13. Divinæ Rationes habent quietem in Gloriando, N. 14. Non est sapiens mercator, qui pro Gloriâ hujus Mundi vendit Gloriam alterius. N. 15. Ille non habet Gloriam, qui non facit opera Gloriosa. N. 16. Nulla Gloria in se ipsâ est mala. N. 17. Malus homo facit malam Gloriam. N. 18. Gloria & pœna non possunt esse in uno sub-
jecto.

» jectio: N. 19. Gloria est major in bonitate,
 » te, quàm in honore. N. 20. Qui perdit
 » Gloriam, perdit omnia.

9. Accipe & illa, quæ habet B. DOCTOR
 ibidem *Part. 2. Cap. 12.* ubi ita discurret
 N. 1. "Gloria est delectatio, in quâ Bonitas,
 » nitas, Magnitudo, Duratio, Potestas, Sapientia,
 » Voluntas, Virtus & Veritas habent
 » quietem. N. 2. Bonitas sinè Gloriâ non
 » haberet delectationem per bonificare. N.
 » 3. Magnitudo sinè Gloriâ non haberet delectationem
 » per magnificare. N. 4. Bonitas & Magnitudo
 » sinè Gloriâ non haberent delectationem per
 » participationem. N. 5. Quælibet Ratio cum
 » Gloriâ habet delectationem per suum actum. N. 6.
 » Voluntas cum Gloriâ habet delectationem per
 » recordare & intelligere. N. 7. Gloria est quies
 » omnis boni. N. 8. Qui non habet Gloriam,
 » habet pœnam. N. 9. Omnis Gloria est desiderabilis.
 » N. 10. Quod major est Gloria, eò magis est
 » desiderabilis. N. 11. Si Gloria non esset
 » substantialis, nulla substantia haberet
 » Gloriam per suam naturam. N. 12. Per
 » substantialem Gloriam major Gloria est magis
 » desiderabilis, quàm minor. N. 13. Quod
 » magis Gloria est propinqua suo fini, eò major
 » est. N. 14. Nulla accidentalis Gloria potest
 » esse finis substantiæ. N. 15. Delectatio per
 » vegetare est Gloria plantæ. N. 16. Delectatio
 » per sentire est Gloria animalis, N. 17. Delectatio

„ Ratio ipsius intelligere est Gloria rationalis animalis. N. 18. Nulla Gloria attingitur extra finem. N. 19. Nulla Gloria est major, quàm ipsorum recolere, intelligere & amare. N. 20. Gloria, quæ est per speciem, non est magna.

CAPUT X

De Definitione Differentiæ.

1. „ **D**ifferentia est id, ratione cujus Bonitas & cœtera principia sunt Rationes reales inconfusæ sive claræ, & id, per quod bonificans, bonificabile & bonificare (*idem est de omni alio TIVO, BILI, ARE*) sunt inconfusa & distincta unum ab alio. „ Rationes inconfusæ sunt illæ, quæ sunt apparentes, & ostendentes se tales, quales sunt per lumen differentiæ, cujus officium est distinguere inter unum & aliud, taliter, quòd quodlibet per ipsam sit in suo numero existens hoc, quod est, & non hoc, quod est aliud. Differentia est substantiale principium; si enim tale non esset, res non differrent nisi per sua accidentia, nec differrent substantialiter, sed quantum ad esse substantiale omnia essent unum & idem, quod cum manifestè sit falsum, idè Differentia est substantiale & accidentale principium, sicut omnia supradicta principia.

2. Hæc

Hæc in
 TCTOR exp
 onem itam
 quòd
 ntialis sobita
 bus sensuall
 rem & cœter
 cum quibus
 inconfusa, &
 pro fir alia,
 aliud; si enim
 non esset, per
 corbis & om
 dicitur B. DO
 sequitur, quò
 esset accidens,
 forme & m
 via in rebore
 ra parium
 ne, quod e
 possibile, in
 Differentia
 que transmitt
 terem, & al
 illas inconfu
 mas, Magn
 multitudine
 bonam, ma
 3. Diffie
 intellectuale
 rationalem,
 quita ex sen

2. Hæc in *Leſt. cit. pag. 26. 27. & 28. B.*
DOCTOR explicat fuſius, ſed Nos expli-
 cationem iſtam dabimus brevius. Dicit igitur,
 quòd Differentia, quæ eſt pars ſub-
 ſtantialis ſubſtantię arboris (idem eſt de aliis
 rebus ſenſualibus) Bonitatem, Magnitudi-
 nem & cœtera principia ſenſualia arboris,
 cum quibus eſt conjuncta & mixta, faciat
 inconfuſa, & illa diſtinguat, ut una pars
 non ſit alia, ſeu unum principium non ſit
 aliud; ſi enim hæc Differentia ſubſtantialis
 non eſſet, partes ſubſtantię arboris eſſent
 confuſæ, & una pars eſſet alia. Ex quo (ut
 diſcurrit **B. DOCTOR** ibidem *pag. 26. N. 1.*)
 ſequeretur, quòd in ſubſtantiâ arboris non
 eſſet accidens, nec corruptio, nec pluralitas
 formæ & materiæ, ſed quælibet pars eſſet
 alia in arbore ſinè ullâ diſtinctione cum me-
 rã partium arboris ſubſtantialium confuſio-
 ne, quod eſt impoſſibile; & quia eſt im-
 poſſibile, infert **B. DOCTOR** ibidem, quòd
 Differentia ſit ſubſtantialis pars ſubſtantię,
 quæ transmittit ſuam ſimilitudinem in Boni-
 tatem, & alias partes ſubſtantię, facitque
 illas inconfuſas & inter ſe diſtinctas, ſicut Bo-
 nitas, Magnitudo &c. transmittunt ſuam ſi-
 militudinem in Differentiam, & faciunt illam
 bonam, magnam &c.

3. Differentia, quæ eſt inter ſenſuale &
 intellectuale, ſicut inter corpus & animam
 rationalem, eſt differentia ſubſtantialis com-
 poſita ex ſenſuali & intellectuali differentiâ,
 eſt.

estque extensa per omnes partes, quibus dat suam similitudinem, ut sint distinctæ & inconfusæ, sicut Bonitas spiritualis animæ distinguitur à Bonitate corporis, ità, quòd una non sit alia. Hæc distinctio non posset esse substantialis, si inter animam & corpus non esset Differentia substantialis; quia tunc partes animæ & corporis solùm differrent accidentaliter, imò nullo modo differrent, cùm omnes partes essent substantialiter eadem, & quælibet pars esset tota substantia.

4. Differentia inter intellectuale & intellectuale, qualis est inter potentias animæ rationalis, est substantialis, ut potentia sint reales & inconfusæ, & una ab aliâ sit distincta per hoc, quòd differentia in se substantialis potentiis animæ rationalis, earumque Bonitati, Magnitudini &c., atque etiam illarum concretis TIVO, BILI & ARE det suam similitudinem accidentaliter diffusam in multas differentias, ità, quòd alia sit in memoriâ, alia in intellectu, alia in voluntate, alia in Bonitate, alia in Magnitudine &c., alia in TIVO, alia in BILI, alia in ARE, cum quibus Differentiis, quæ sunt substantiales partes substantialis Differentiæ, quæ est una in semeripsâ, & per essentiam indistincta in alias partes substantiæ, earumque concreta accidentaliter diffusis, substantialis Differentia facit, quòd partes substantiæ earumque concreta sint substantialiter inter se distincta,

est ita, ut
concreto
Substantia
TIVO, BILI
Differentia
are, quæ
ia, & illa est
illa inter illa
functione. H
fons, unde d
quæ existunt in
talis Differentia
ut quælibet res
impedirem pe
junctionem, neq
incautis & in
6. De Differe
producimus
ba pag. 28.
est substantia
Bonitas,
sunt reales
quam bonitas
re sunt Pe
Proprietatis
totalitas si
Bonitatis
tantum,
sentia,
numero
tia, le
esset par

stineta, ita, ut una pars non sit alia, nec unum concretum sit aliud.

5. Substantialis Differentia habet in se TIVUM, BILE, ARE, sive substantialia Differentiativum, Differentiabile & Differentiare, quæ sunt ipsa substantialis Differentia, & illa est ipsa substantialia concreta sine ullâ inter illam & ipsa ante intellectum distinctione. Hæc substantialis Differentia est fons, unde derivantur omnes Differentiæ, quæ existunt in rebus, cum quibus substantialis Differentia est mixta & conjuncta, ita, ut quælibet res accipiat ejus similitudinem & impressionem per hanc mixtionem & conjunctionem, atque substantia sit composita ex inconfusis & inter se distinctis partibus.

6. De Differentiâ aut distinctiõne in Deo producimus ipsa clara B. DOCTORIS verba pag. 28. N. 3. quæ ita sonant: "In Deo est substantialis distinctio, ratione cujus Bonitas, Magnitudo, Æternitas &c. Dei sunt reales & inconfusæ Rationes, per quam bonificans, bonificabilis & bonificare sunt Personales distinctæ & inconfusæ Proprietates; distinctio tamen est in Deo totalitas suæ totius Essentiæ, & substantiæ Bonitatis, Magnitudinis &c., & hoc in tantum, quod cum omnibus sit una Essentia, una Substantia, & una Natura in numero, ut distinctio non sit pars substantiæ, sed sit ipsa tota substantia; nam, si esset pars substantiæ, substantia non esset

23 infinita in Bonitate, Magnitudine, Æter-
 24 nitate &c., & Bonitas, Magnitudo, Æ-
 25 ternitas & aliæ Dignitates essent distinctæ
 26 in numero, itâ, quòd una non esset alia;
 27 unde sequeretur, quòd Bonitas esset mag-
 28 na accidentaliter sub ratione Magnitudinis,
 29 & Magnitudo bona sub ratione Bonitatis,
 30 quod est impossibile. Sed, quia de neces-
 31 sitate convenit, quòd Distinctio in Deo sit
 32 Ratio, per quam Bonitas, Magnitudo &c,
 33 sint in Deo reales & inconfusæ Rationes,
 34 & bonificans, bonificabiles & bonificare
 35 sint distincti, convenit, quòd distinctio in
 36 se habeat distinctionativum, distinctionabi-
 37 lem & distinctionare, in quibus Bonitas,
 38 Magnitudo &c. sint reales & inconfusæ
 39 Rationes, unâ existente alterâ in numero,
 40 sicut in distinctionativo omnes Dignitates
 41 sunt una eadem Essentia, & quælibet est
 42 alia; sed, quia distinctionativus, qui est
 43 Personalis Paternalis Proprietas, produ-
 44 cit & generat de toto se ipso, in se ipso,
 45 & per totum se ipsum, distinctionatum,
 46 distinctionabilem, qui est Personalis Filia-
 47 lis Proprietas, in quo, & per quem to-
 48 tum, & cum quo sunt omnes Dignitates
 49 una & eadem Essentia, unâ existente aliâ
 50 in numero, & hoc idem in distinctionare,
 51 quod est Personalis spirabilis Proprietas,
 52 & remanet una Essentia cum Patre & Fi-
 53 lio, & cum omnibus Dignitatibus; ideò
 54 Dignitates in Personis sunt reales & inconfusæ

,, fusæ

„ fulæ Rationes, sicut Bonitas, quæ in Pa-
 „ tre est bonificans, in Filio bonificabilis,
 „ & in S. Spiritu bonificare, sicut Sapiencia,
 „ quæ in Patre est intelligens, in Filio intel-
 „ ligibilis & in S. Spiritu intelligere, & hoc
 „ idem de Magnitudine &c.; & tota ista rea-
 „ litas & inconfusio est ratione distinctionis
 „ Divinarum Personarum, sinè quâ reales
 „ Rationes non possent esse inconfusæ, nec
 „ in ipsis possent esse Concordantia & Æ-
 „ qualitas; quia sinè distinctione essent im-
 „ possibiles.

7. Plura accipe ex *Libr. Proverb. Part. 1.*
Cap. 77. ubi B. DOCTOR ita habet N. 1.

„ Sinè Distinctione Divinarum Personarum
 „ omnes Divinæ Rationes essent otiosæ in
 „ æternitate. N. 2. Distinctio Divinarum
 „ Personarum est, ut Divinæ Rationes non
 „ sint otiosæ de Infinitate. N. 3. Sinè Di-
 „ stinctione non posset in Deo esse concord-
 „ dare. N. 4. Sinè distinctione non potest
 „ esse productio. N. 5. Non sequitur ulla
 „ operatio de agente & agibili sinè distinctio-
 „ ne amborum. N. 6. Nullus finis potest
 „ esse sinè distinctione. N. 7. Quia Deus
 „ est tantum Deus per agere, quantum per
 „ existere, habet in suâ Essentiâ distinctas
 „ Personas. N. 8. Illa est major distinctio,
 „ in quâ multi sunt una eadem Essentia &
 „ Natura. N. 9. Illa est major distinctio, in
 „ quâ multi sunt unæ & eadem Rationes.
 „ N. 10. Nulla Ratio potest esse plena sinè

„ distinctionare. N. 11. Potestas non potest
 „ de ullâ re sinè distinctione. N. 12. Cum
 „ distinctione inquire veritates & naturas
 „ substantiarum. N. 13. Si removeres di-
 „ stinctionem à causâ & effectu, remanerent
 „ unum & idem in numero. N. 14. Sinè
 „ distinctione omnia essent unum & idem. N.
 „ 15. Nulla substantia potest esse sinè distin-
 „ ctione. N. 16. Sinè distinctione Essentia
 „ non haberet, in quo esset. N. 17. Sinè
 „ distinctione non esset quidquam. N. 18.
 „ Qui privaret distinctionem, privaret om-
 „ nia. N. 19. In nullâ substantiâ est natu-
 „ ralis appetitus contra distinctionem. N.
 „ 20. Nulla distinctio est mala in Bonitæ.
 „ Quantò magis Pater est distinctus à Filio,
 „ tantò magis est Pater.

8. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
 TOR ibidem *Part. 2. Cap. 13.* ubi ità discursit
 N. 1. "Differentia est id, per quod Bo-
 „ nitas, Magnitudo, Duratio, Potestas &
 „ aliæ Rationes sunt inconfusæ. N. 2. Dif-
 „ ferentia est lumen, quod monstrat, qualis
 „ sit res. N. 3. Differentia ità est lumen
 „ voluntati ad aliquid eligendum, sicut in-
 „ tellectui ad aliquid intelligendum. N. 4.
 „ Si non esset Differentia, non essent multæ
 „ res. N. 5. De Differentiâ sinè actu nihil
 „ sequeretur. N. 6. Sinè substantiali Diffe-
 „ rentiâ nulla Differentia esset magna. N. 7.
 „ De majori lumine major claritas. N. 8.
 „ Per substantialem Differentiam in Bonitate
 „ est

- „ est substantialis Differentia bonificantis, boni-
 „ ficabilis & bonificare. N. 9. Per sub-
 „ stantialem Differentiam forma & materia
 „ sunt substantialiter Differentes. N. 10.
 „ Nullum suppositum posset producere aliud
 „ sine substantiali Differentiâ. N. 11. Dif-
 „ ferentia est generale principium multitudi-
 „ nis. N. 12. Differentia est forma, quæ
 „ dividit genus in multas species. N. 13.
 „ Differentia trahit de specie multas res. N.
 „ 14. Sinè Differentiâ Potestas non posset de
 „ se ipsâ, nec de alio. N. 15. Si Potestas,
 „ Sapientia & Voluntas essent (*in creatis*) sinè
 „ Differentiâ, omnis Potestas posset esse De-
 „ us. N. 16. Si Bonitas, Magnitudo & ve-
 „ ritas essent (*in creatis*) sinè Differentiâ, om-
 „ nes veritates essent æquales in Bonitate.
 „ N. 17. Si omnes veritates essent æquales
 „ in Bonitate sinè Differentiâ, essent æqua-
 „ les, & non essent æquales. N. 18. Nulla
 „ æqualitas potest esse sinè Differentiâ. N.
 „ 19. Per generalem Differentiam est quælibet
 „ substantia Differens ab aliâ per Essentiam.
 „ N. 20. Multitudo est subiectum generalis
 „ Differentiæ.

CAPUT XI

De Definitione Concordantiæ,

- I. „ **C**oncordantia est id, ratione cuius
 „ Bonitas & cætera principia in uno
 „ &

„ & in pluribus Concordant. „ Concordant invicem, in quantum sunt plura; existendo enim plura, & conservando in quolibet suam Essentialem Differentiam ab Essentiâ aliorum principiorum, tendunt ad unum esse bonificando, Magnificando &c., ut sequatur finis eorum, videlicet unum esse bonum constitutum de omnibus ipsis. Unde omnia principia sunt Concordantia in simplici pluralitate, quam retinent, & in compositâ unitate, quam acquirunt. Hoc intelligendum est in creaturis, non autem in Deo; quia in Deo non Concordant sic, cum non sint in illo plures Essentiæ, sed solummodò Concordant in uno esse unius Dei, & in pluribus Personalitatibus ejusdem: sicuti tamen Bonitas, Magnitudo &c. Concordant in esse unius creaturæ, & in Materiâ, formâ & unionem ambarum, quæ sunt in creaturâ plures essentiæ realiter distinctæ; & concordant in pluribus etiam operationibus unius creaturæ; quia ad quamlibet operationem creaturæ concurrunt omnia principia concordanter ad invicem. Excipe malum Angelum & malum hominem, in quibus est contrarietas principiorum in ordine ad suas operationes.

2. Hæc in *Lect. cit. pap. 28. 29. 30. à B. DOCTORE* sat fusè explicantur; sed Nos totum, quod dicit, sub brevitate possibili referemus. Dicit igitur, Bonitatem & alia principia sensuاليا habere Concordantiam in sub-

stantia Ele
 ribus & ta
 li, remane
 et cum su
 simplex igni
 proprietatem
 nandi &c. H
 ignis non
 proprietates
 prietas bu
 quo sustinet
 simplicis Ele
 rebus app
 in rebus Ele
 ; Hæc
 pus subst
 mentorum
 iam, in o
 tur accide
 tiz, vide
 &c., ut
 tialiter po
 mentate in
 rum, que
 tar alteri
 de corrup
 nis, de op
 4. Co
 lectuale
 sunt Ele
 imaginati
 tentia est

substantiâ Elementarâ ex iis tanquàm simplicibus & substantialibus partibus compositâ, remanente qualibet parte hoc, quod est cum suis proprietatibus & naturis, sicut simplex ignis, qui in plantâ remanet habens proprietatem calefaciendi, naturam illuminandi &c. Hæc remanentia est necessaria, ut ignis non perdat suam naturam, suasque proprietates, & ut hæc natura, istæque proprietates habeant proprium subiectum, in quo sustententur & moveantur sub ratione simplicis Elementi, utque simplicis Elementa habeant appetitum intrandi compositionem in rebus Elementatis.

3. Hæc Concordantia est substantialis pars substantiæ, ut substantiales partes Elementorum intrent substantialem Concordantiam, in quâ sustententur, & de quâ oriuntur accidentales Concordantiæ ipsius substantiæ, videlicet calor, humiditas, quantitas &c., utque Concordantia remaneat substantialiter post corruptionem substantiæ Elementaræ in partibus simplicium Elementorum, quæ per viam generationis subjiciuntur alteri Elementaræ substantiæ generatæ de corruptâ substantiâ, sicut substantia panis, de quâ generatur caro.

4. Concordantia inter sensuale & intellectuale est, sicut in potentiis hominis, quæ sunt Elementativa, vegetativa, sensitiva, imaginativa & rationaliva. Hæc Concordantia est substantialis, ut dictæ potentiæ

re-

remaneant substantiales partes, de quibus substantia est composita, & ut Concordantia sit substantialis pars de substantialibus concretis vel correlativis, concordativo, concordabili & concordare, quæ sunt de Essentiâ Concordantiæ, & ut concordativum concordet in bonificativo &c. Potentiæ Elementativæ, & in bonificativo potentiæ vegetativæ, & sic de aliis potentiis, ut sit unum Universale concordativum; & hoc idem est de bonificabili & bonificare potentiarum, quæ se habeant ad unum Universale concordabile & concordare, quod non posset esse, nisi Concordantia esset substantialis pars substantiæ; nam, si esset accidentalis, non posset sustentare & concordare partes accidentales substantiæ contrarias, quæ sunt calor & frigus, humiditas & siccitas, ponderositas & levitas &c. Nec possent dictæ potentiæ concordare in homine remanente qualibet potentiâ hoc, quod est. Nec haberent appetitum essendi in homine, quia in illo perderent suam Bonitatem, Magnitudinem &c.

7. Hæc substantialis Concordantia est graduatâ & ordinata, secundum quod una potentia est in altiore gradu, quàm alia in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c.; nam vegetativa est altior, quàm Elementativa, sensitiva, quàm vegetativa, & sic usque ad ratiōnativam.

6. Quatuor potentiæ, quæ existunt sub

ra-

rativâ, la
 rale agen
 om generat
 te multipli
 tensâ quan
 Magnitudo
 ternitate, &
 Filio in Fil
 mines possi
 humanâ cum
 Divina Christi
 Naturâ meli
 nari homin
 que habet ali
 commune co
 cum omni es
 7. Ratiō
 creata & l
 illo habet
 corpore l
 alias pben
 ferendo ab
 tum & nat
 cordare in
 nis &c., &
 minis. Se
 tentiæ co
 venit sub
 contrariet
 8. Co
 intellectu
 quâ Bonit

rationativâ, sunt de naturâ corporis, quas naturale agens transmittit in fœminam per viam generationis, & per materiam fœminæ multiplicantur per viam nutrimenti in extensâ quantitate, ut in Patre sit major Magnitudo Bonitatis, Durationis &c. in Paternitate, & in Matre in Maternitate, & in Filio in Filiatione, & etiam, ut omnes homines possint meliùs Concordare in naturâ humanâ cum Naturâ humanâ *Christi*, & ut Divina *Christi* Natura per Humanam *Christi* Naturam meliùs concordet & participet cum naturâ hominum, & per naturam hominis, quæ habet aliquid ex omni creaturâ, vel commune cum omni creaturâ, concordet cum omni creaturâ.

7. Rationativa autem potentia à Deo est creata & humano corpori infusa, & cum illo habet concordantiam, ut de ipsâ & de corpore sit compositus homo, moveaturque alias potentias ad humanum esse, non auferendo ab eis aliquam suarum proprietatum & naturarum, ut cum illis possit concordare in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., & possit movere illas ad finem hominis. Sed, quando contingit, quòd potentia contrarietur ipsi rationativæ, devenit substantia in corruptionem per viam contrarietatis.

8. Concordantia inter intellectuale & intellectuale est, sicut in animâ rationali, in quâ Bonitas & alia principia concordant, ut
sit

fit anima composita de ipsis, exceptâ contrarietate, quæ non est principium substantiale compositivum intellectualis substantiæ; aliàs enim hæc esset corruptibilis. Concordantiâ in animâ (idem est de Angelo) est substantiale principium in animâ, ut sit in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., sitque magis remota à contrarietate, & ut omnibus partibus animæ det suam similitudinem, & ut extra figuretur & reluceat sua similitudo in Concordantiâ moralium Virtutum contra vitia.

9. Est etiam Concordantiâ inter animam (idem est de Angelo) & Deum in fine, propter quem Deus creavit animam, qui finis est in memorando, intelligendo & amando Deum super omnia. Hic finis est substantialis pars animæ, ut illius Bonitas, Magnitudo &c. Meliùs possint concordare in memorando, intelligendo & amando Deum, & ut Deus meliùs possit influere suam similitudinem in animam, & habere Concordantiâ cum animâ, possitque anima substantialiter gloriari in Gloriâ Dei, & attingere finem, ad quem est creata.

10. De Concordantiâ in Deo B. DOCTOR in *Lect. cit. pag. 30. N. 3.* sic loquitur:

„ In Deo est Concordantiâ inter intellectu-
 „ le & intellectuale, quam convenit esse sub-
 „ stantialem sinè aliquo accidente, ut in ip-
 „ sâ Bonitas, Magnitudo, Æternitas & aliæ
 „ Dignitates Dei possint substantialiter

„ con-

29 concordare, & ut quælibet in se habeat
 30 proprium concordativum, concordabile
 31 & concordare, & ut sit una eadem Essen-
 32 tia & Natura cum Concordantiâ; & de
 33 necessitate convenit, quodd hæc Concor-
 34 dantia sit, ut Dignitates, quæ sunt unum
 35 idem numero, habeant, in quo una possit
 36 concordare cum aliâ, & quælibet in se ip-
 37 sâ, & de se ipsa, sicut Bonitas Dei Pa-
 38 tris, quæ cum suamet Magnitudine
 39 concordat in Deo Filio, & in Deo S.
 40 Spiritu, Magnitudine Dei Filii existente
 41 genitâ (non ratione sui, sed ratione Fi-
 42 lii geniti) de Bonitate Dei Patris, &
 43 de Bonitate Dei Filii existente genitâ (in-
 44 tellige eodem modo) de Magnitudine Dei Pa-
 45 tris; & de Bonitate & Magnitudine Dei
 46 Patris & Dei Filii (intellige eodem modo) ex-
 47 istente spiratâ Bonitate & Magnitudine Dei
 48 S. Spiritûs; & idem omnes Dignitates Dei
 49 in uno & in pluribus concordant, secun-
 50 dum quod diximus; quæ Concordantia est
 51 principium & finis omnibus creatis Con-
 52 cordantiis.

11. Plura accipe ex *Libr. Proverb. ubi Part.*
 2. *Cap. 78. B. DOCTOR* ita habet N. 1. Illa
 3 Concordantia est major, quæ est de Per-
 4 sonis infinitis. N. 2. Nulla Concordantia
 5 est major in Bonitate, quàm Concordantia
 6 Patris & Filii. N. 3. In Magnitudine
 7 finis est Magnitudo Concordantiæ. N. 4.
 8 Medium, quod est de principio & de fi-

R

» ne

„ ne, est de magnâ Concordantiâ. N. 5. Si-
 „ cut Pater & Filius habent Concordantiâ
 „ per distinctionem, itâ habent Concordan-
 „ tiam in S. Spiritu per unionem. N. 6. Pa-
 „ ter & Filius habent tam magnam Concor-
 „ dantiam in S. Spiritu, quòd non habent
 „ in illo nisi unum actum. N. 7. Divinæ
 „ Rationes habent tam magnam Concor-
 „ dantiam, quòd omnes habent unum & eun-
 „ dem actum. N. 8. In JESU CHRISTO
 „ est major Concordantia Dei & creaturæ,
 „ N. 9. Nulla Concordantia est major, quàm
 „ illa, quam habent multi in unitate Perso-
 „ næ. N. 10. Ille non habet timorem de
 „ vitio, qui concordat unam virtutem cum
 „ aliâ. N. 11. Plus valet Concordantia mag-
 „ norum bonorum, quàm parvorum. N.
 „ 12. Concordantia multorum bonorum Te
 „ elongabit à multis malis. N. 13. Concor-
 „ da virtutes intrinsecas cum virtutibus ex-
 „ trinsecis. N. 14. Concordantia magni &
 „ parvi non semper est bona. N. 15. Con-
 „ corda tuum memorare, intelligere & ama-
 „ re in Magnitudine Bonitatis. N. 16. Con-
 „ cordantia magnorum hominum est timen-
 „ da. N. 17. Concorda te cum humilibus
 „ hominibus. N. 18. Concorda multos fi-
 „ nes ad unum finem. N. 19. Concorda con-
 „ cordantiam primæ & secundæ intentionis.
 „ N. 20. Concorda verba cum tuâ consci-
 „ entiâ.

12. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
TOR

TOR *ibidem Part. 2. Cap. 14.* ubi ità disc-
 currit N. 1. " Concordantia est id, per
 " quod Bonitas, Magnitudo, Duratio, Po-
 " testas &c. in uno & in multis Concor-
 " dant. N. 2. Si Concordantia non esset,
 " omnes res essent contrariæ. N. 3. Bo-
 " nitas & Magnitudo Concordant in con-
 " stituendo unum suppositum, quod est bo-
 " num & magnum. N. 4. Bonitas & Mag-
 " nitudo concordant in constituendo multa
 " supposita bona & magna. N. 5. Boni-
 " tas concordat cum Magnitudine, in qua-
 " tum illam bonificat, & Magnitudo con-
 " cordat cum Bonitate, in quantum illam
 " magnificat. N. 6. Bonitas bonificat Mag-
 " nificare, & Magnitudo Magnificat boni-
 " ficare. N. 7. Sicut Bonitas habet essen-
 " tialem bonificantem, bonificabilem & bo-
 " nificare, ità Magnitudo habet essentialem
 " Magnificantem, magnificabilem & magni-
 " ficare. N. 8. Concordantia substantiæ &
 " substantiæ est major, quàm substantiæ &
 " accidentis, accidentis & accidentis. N. 9.
 " Concordantia est substantiale principium,
 " ut sufficiat ad Concordandum unam sub-
 " stantiam cum aliâ. N. 10. Est bonum &
 " magnum ipsi concordantiæ, quòd sit sub-
 " stantialis. N. 11. Si Concordantia non est
 " substantiale principium, deficit illi mag-
 " na Bonitas. N. 12. Si Bonitas & Mag-
 " nitudo deficiunt Concordantiæ, Concor-
 " dantia deficit illis. N. 13. Si Concor-

„ dantia non est substantiale principium, est
 „ major in Concordando substantiam cum
 „ substantiâ, quàm in se ipsâ. N. 14. Nul-
 „ lum ens habet majorem essentiam per ope-
 „ rationem, quàm per existentiam. N. 15.
 „ Omne ens naturale est majus per suam es-
 „ sentiam, quàm per aliud. N. 16. Con-
 „ cordantia cum concordare est remota à
 „ contrarietate. N. 17. Concordare & esse
 „ concordant. N. 18. Quia concordantia
 „ priùs in se ipsâ habet naturam concor-
 „ dandi, quàm in alio, est primum & ge-
 „ nerale principium. N. 19. Impossibile
 „ est, quòd de contrariis sequatur concor-
 „ dantia. N. 20. Si de contrariis sequere-
 „ tur concordantia, converteretur cum con-
 „ trarietate.

CAPUT XII

De Definitione Contrarietatis.

I. „ **C**ontrarietas est mutua quorundam
 „ resistèntia propter diversos fines.
 Non est principium substantiale; quia, si
 tale esset, Concordantia & Contrarietas sibi
 mutuo darent suas similitudines, sicut Bo-
 nitas. Magnitudo &c.; & si ità esset, am-
 bæ concordarent & contrariarentur contra
 suos fines, ità, quòd Concordantia daret
 suam similitudinem Contrarietati contra con-

tra-

& Con
 nem Conco
 est impo
 rians &
 magnitudo
 am simili
 ne Contrari
 nem contra
 Concordant
 ne Contrari
 nis ratione
 tantum ratio
 de illi quod
 a Contrari
 cipium consti
 generatio &
 mentis, q
 illis substanti
 tis Spiritu
 turum con
 ex qui leg
 rivum habet
 demerum
 Unde, cum
 cipium, &
 orientale,
 majus prin
 etiam in
 &c., quæ
 quens etia
 ordantia,
 3. Hæc

trariari, & Contrarietas daret suam similitudinem Concordantiæ contra concordare, quod est impossibile; quia utraque esset concordans & contraria. Etiam Bonitas & Magnitudo ratione Concordantiæ dantis eis suam similitudinem concordarent, & ratione Contrarietatis dantis eis suam similitudinem contrariarentur; &, quantum ratione Concordantiæ concordarent, tantum ratione Contrarietatis contrariarentur, &, quantum ratione Concordantiæ poneretur in *esse*, tantum ratione Contrarietatis destrueretur de *esse*; quod est impossibile.

2. Contrarietas igitur est accidentale principium constitutum de accidentibus, ut sit generatio & corruptio in substantiis Elementatis, quæ fiunt per generationem de aliis substantiis corruptis, & ut in substantiis Spiritualibus possit esse resistentia virtutum contra vitia, & destructio vitiorum, ex quâ sequitur generatio virtutum, & meritum habentibus virtutes contra vitia, & demeritum habentibus vitia contra virtutes. Unde, cum Contrarietas sit accidentale principium, & Concordantia substantiale & accidentale, sequitur, quod Concordantia sit majus principium, quam Contrarietas, ac etiam sit in Concordantiâ major Bonitas &c., quam in Contrarietate; & per consequens etiam sit major Differentia in Concordantiâ, quam in Contrarietate.

3. Hæc in *Lect. cit. pag. 30. 31. & 32.*

B. DOCTOR more suo explicat, cujus longiorem explicationem Lectori forrè molestam brevius dabimus. Ità autem discurret: Contrarietas inter sensuale & sensuale est, sicut in substantiâ, in quâ contrariantur caliditas & frigiditas, humiditas & siccitas, levitas & ponderositas, subtilitas & grossities Materiæ, sanitas & infirmitas, dulcedo & amaritudo &c. Idem est de Contrarietate potentiaë sensitivæ; sicut inter visum & cœcitatem, auditum & surditatem &c.; & in Contrarietate potentiaë vegetativæ, in quâ contrariantur appetitiva & digestiva, quando hæc est nimis parva; ista verò nimis magna. Idem etiam est in Contrarietate inter sensitivam & imaginativam, hac imaginante voluptates sensitivas, & movente ipsam ad illas, ità, quòd in hoc motu sensitiva tantum recipiat de vegetativâ, quòd destruat operationem imaginativæ, uti fit in nimio comedere, bibere, tangere & aliis inordinatis sensualitatibus. Idem facit imaginativa contra sensitivam, dum per nimiam imaginationem destruit operationes sensuum & vegetativæ, de quâ vivit sensitiva. Simili modo discurre de aliis Contrarietatibus, quæ sunt intrâ substantiam, & transmittunt suas similitudines extra substantiam: sicut homo per corruptum & malè olentem anhelitum spirando corrumpens aërem; comedendo corrumpens pomum; vul.

vulnerando alium occidens; & ignis comburendo corrumpens ligna &c.

4. Contrarietas inter sensuale & intellectuale est, sicut inter corpus & animam rationalem, quæ sunt erga diversos fines; quia finis sensitivæ consistit in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c. in sentiendo delectabilia secundum Concordantiam rerum sensibilibium; sed finis animæ consistit in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c. in memorando, intelligendo & amando Virtutes & Dignitates Dei, & operationes, quas Deus habet in se ipso, & in suis creaturis. Unde, quando sensitiva sic est major, & intellectiva sic est minor, tunc memorat, intelligit & amat res sensibiles, & obliviscitur vel ignorat, & odit res intelligibiles; & contrarium evenit, dum intellectiva est major, & sensitiva est minor.

5. De hac Contrarietate inter sensuale & intellectuale oritur Contrarietas in actibus potentiarum animæ, sicut in divite avaro, qui amat divitias cum Magnitudine malitiæ, Durationis &c. sustentatarum in memorare, intelligere & amare contra Magnitudinem Bonitatis, Durationis &c. memorandi, intelligendi & amandi Deum; & idem avarus non saturatur divitiis, quia suum memorare, intelligere & amare non quiescunt in fine rerum intelligibilium, in quo fine quiescunt memorare, intelligere & amare liberalis & justii

justi hominis, & hoc cum Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., cum quibus anima per bonum justum durans, liberale &c. memorare, intelligere & amare attingit finem, ad quem creata est.

6. Hæc Contrarietas est intrâ & extra homines, qui per actus in- & externos se habent ad finem virtutum & vitiorum, & propterea sibi contrariantur, his existentibus virtuosus, istis verò vitiosus per Bonitatem & malitiam, fidem & incredulitatem, spem & desperationem, charitatem & crudelitatem, castitatem & luxuriam, humilitatem & superbiam, prudentiam & ignorantiam, fortitudinem & pusillanimitatem &c.

7. Ex hac Contrarietate multoties contingit, quòd virtuosus fiat vitiosus, & e contra, unus per alium, secundum quod in principiis substantiæ Multiplicantur in bonitate vel malitiâ &c. Hæc multiplicatio transmittit suam similitudinem extra substantiam, ut Contrarietas, quæ est intrâ, vivat de contrarietate, quæ est extra. Sicut aër, qui est in homine, qui vivit de aëre proveniente ab extra respirando; & ideò, quando Contrarietas ab extra multiplicatur loquendo, rangelendo, ridendo, mentiendo &c., tunc multiplicatur Contrarietas intrâ substantiam contra principiorum substantiæ Concordantiam.

8. Contrarietas inter Ens intellectuale & intellectuale est per accidens (reflecte ad illa, quæ diximus, quòd nimirum odibilitas,

pec-

...itas non
...is) nam
... Ens intell
... Ens El
...m contrari
... intellectu
...potentis an
...veritatem,
...que homine
...tellectus qui
...ate, sed con
...nis de: sed
...silium, & co
...rationis, ita,
...cur vitia &
...Contrarietas
...inter hos &
...tro Libro d
9. Om
Deo negat
2. ita loqu
...rietas nec
...que Con
...finitatis &
...tatis, H
...Deo non
...pus &c.
...tudo, A
...rest esse
...cordant
...nis, A
...cum sua

peccabilitas non sint de essentiâ naturæ intellectualis) nam si Contrarietas ista esset naturalis, Ens intellectuale esset corruptibile, sicut Ens Elementatum propter Elementorum contrarietatem est corruptibile. Hæc intellectualis per accidens contrarietas est in potentiis animæ, dum intellectus intelligit veritatem, & voluntas odit illam, inducitque hominem ad dicendam mendacia. Intellectus quidem resistit voluntati cum veritate, sed cum parvitate Bonitatis, Durationis &c.; sed voluntas resistit intellectui cum falsitate, & cum Magnitudine malitiæ, durationis, itâ, quod de istâ contrarietate nascantur vitia & peccata. Qualis autem sit Contrarietas inter potentias Dæmonum, & inter hos & ignem infernalem, vide in Nostro Libro de Angelis.

9. Omnem B. DOCTOR in *Leet. cit.* in Deo negat Contrarietatem, dum *pag. 32. N. 2.* itâ loquitur: " In Deo non est Contrarietas nec substantialiter nec accidentaliter, quia Concordantia, quæ est in eo, est substantialis & infinita in Magnitudine Bonitatis, Æternitatis &c.; & idè, sicut in Deo non potest esse malitia, parvitas, tempus &c., cum Deus sit Bonitas, Magnitudo, Æternitas &c., sic in ipso non potest esse Contrarietas, quia ipse est Concordantia infinita in Bonitate Magnitudinis, Æternitatis &c. Unde, sicut Deus cum suâ Bonitate resistit malitiæ, & cum suâ

„ suâ Magnitudine parvitati, sic resistit Con-
 „ trarietati cum suâ Concordantiâ; &, sicut
 „ Deus cum suâ Bonitate resistit parvitati, &
 „ cum suâ Magnitudine malitiæ, sic cum
 „ suâ Bonitate & Magnitudine resistit Con-
 „ trarietati; & idè est impossibile, quòd
 „ in Deo sit Contrarietas, quæ in Deo esset,
 „ si in ipso esset otiositas Bonitatis, Magni-
 „ tudinis, Æternitatis &c.; sicut Bonitas,
 „ quæ esset otiosa, si non haberet in se bo-
 „ nificativum, bonificabile & bonificare æ-
 „ ternaliter & infinitè, & hoc idem de suâ
 „ Sapientiâ, si non haberet in se intelle&ti-
 „ vum, intelligibile & intelligere, & hoc
 „ idem sequeretur de suâ simplicitate, si non
 „ haberet simplicativum, simplicabile &
 „ simplicare, cum quibus resistit composi-
 „ tioni, sicut resistit Contrarietati cum Con-
 „ cordativo, Concordabili & Concordare;
 „ & sic de aliis Perfectionibus Dei.

10. Per jam dicta omnis inter Dei Bo-
 nitatem, Magnitudinem &c. Contrarietas ex-
 cluditur, licèt sit Contrarietas inter Deum &
 Dæmonem, & inter Deum & voluntatem
 hominis mali, ut in terminis docet B. DOC-
 TOR *Art. Amat. de sig. pag. 5.* sed hæc con-
 trarietas est Perfectionis; quia est activa &
 dominativa, non autem passiva subjectionem
 & imperfectionem importans; quia Deus in
 Dæmones, & malos homines agere potest,
 illisque resistere, sed nil potest ab illis pati,
 nec illi Deo resistere possunt.

II. Plurá accipe ex *Lib. Proverb. Part. 2.*
Cap. 15. ubi B. DOCTOR itá habet N. 1.
 „ Contrarietas est quorundam mutua resi-
 „ stentia propter diversos fines. N. 2. Con-
 „ trarietas diversorum finium causat con-
 „ trarietatem in diversis principiis & mediis.
 „ N. 3. Nulla Contrarietas habet Concor-
 „ dantiam cum esse. N. 4. Nulla Contra-
 „ rietas est substantiale principium. N. 5.
 „ Si Contrarietas esset substantiale principi-
 „ um, non esset contra aliquem finem. N.
 „ 6. Si Contrarietas non esset contra finem,
 „ converteretur cum concordantiâ. N. 7.
 „ Si Contrarietas esset substantiale principi-
 „ um, non posset esse privativus habitus
 „ Concordantiæ. N. 8. Si Contrarietas es-
 „ set substantiale principium, esset in Con-
 „ cordantiâ bonitatis & malitiæ, & bonita-
 „ tis & Magnitudinis. N. 9. Si Contra-
 „ rietas esset in Concordantiâ Bonitatis &
 „ malitiæ, sicut & in Concordantiâ Boni-
 „ tatis & Magnitudinis, converteretur cum
 „ Concordantiâ. N. 10. Contrarietas est
 „ generale principium omnibus specificis
 „ contrarietatibus. N. 11. Si Contrarietas
 „ non esset generale principium, nulla Con-
 „ trarietas esset sub specie. N. 12. Contra-
 „ rietas & privatio non ponunt positivam
 „ Concordantiam. N. 13. Si Contrarietas
 „ & privatio ponerent positivam Concor-
 „ dantiam, Contrarietas esset Concordantiâ.
 „ N. 14. Corruptio est subjectum contra-
 rie-

„ rietatis. N. 15. Ità se habent Contrarie-
 „ tas & corruptio, sicut Concordantia & ge-
 „ neratio. N. 16. Solus intellectus facit
 „ Concordantiam de Contrariedade & cor-
 „ ruptione. N. 17. Quia Contrariedade est
 „ contra finem, non potest esse tam magna,
 „ sicut Concordantia. N. 18. Nullum prin-
 „ cipium habet quietem in Contrariedade. N.
 „ 19. Qui magis tangit Contrariedade, il-
 „ lam magis multiplicat. N. 20. Nulla
 „ Contrariedade attingit finem.

CAPUT XIII

De Definitione Principii.

1. „ **P**rinzipium est id, quod se habet ad
 „ omnia ratione alicujus prioritatis.
 Sic Deus ratione prioritatis se habet ad om-
 nia alia esse; & idèd est Principium omnium.
 Sic etiam Bonitas ratione prioritatis bonifi-
 candi se habet ad Magnitudinem & cæteras
 partes substantiæ; & idèd ipsa in genere bo-
 nificandi est principium earum. Idem est
 de Magnitudine in genere magnificandi &c.
 Quare omnes partes substantiæ creatæ sunt
 Principia; sed sunt Principia per aliam par-
 tem substantiæ, in quâ sunt inceptæ & prin-
 cipiata, quæ pars est principium generale
 dans Bonitati, Magnitudini &c. suam simi-
 litudinem, per quam ipsa sunt principia
 spe:

specialia sub ratione principii generalis, modo, quo Magnitudo, Duratio, Principium &c. sunt bona specialia sub ratione Bonitatis generalis.

2. De Principio B. DOCTOR in *Leff.* cit. pag. 32. 33. 34. 35. & 36. habet plura & plurima, ex quibus faciliora proferemus. Dicit Igitur: Principium est substantialis pars substantiæ dans suam similitudinem Bonitati & aliis partibus substantiæ, de quibus substantia est composita, & quas facit existere principia substantiæ. Bonificabilitas autem Bonitatis (idem est de aliis) est materiale Principium, cui Principiabilitas dat suam similitudinem, & Bonificativitas est formale principium, cui principiativitas dat suam similitudinem, & hoc idem facit principiare dans suam similitudinem ipsi bonificare, quod est principium de bonificativo & bonificabili constitutum. Unde, sicut Bonitas (idem est de aliis) ejusque TIVUM, BILE, ARE suâ principium induunt similitudine, sic principium, ejusque TIVUM, BILE, ARE Bonitatem, ejusque TIVUM, BILE, ARE suâ induunt similitudine. Ista similitudo, quam Bonitas recipit à Principio, est accidentalis principiatà à substantiali principio, & sustentata in substantiali Bonitate.

3. Deus est generale Principium omnibus rebus creatis per viam Creationis & sustentationis, ità, quòd Deus sit Principiatus

tivus creativus, & creaturæ sint principia-
biles creabiles, & creare sit principiari, ex-
istente creare passivo de essentiâ creaturæ,
& creare activo de essentiâ Creatoris, ita
quidem, quod illa terminatio Creatoris ad
creaturam, & creaturæ ad Creatorem sit
quid merè Phantasticum & nil reale. De
hoc vide Nostrum Librum de Deo *Disp.* 5.
Q. 5.

4. Creaturæ sunt creabiles in Dei Boni-
tate, Magnitudine &c., in quibus sunt prin-
cipiabiles, & ratione earum creabiles; nam,
si essent creabiles ratione suâ, & in se ip-
sis, non essent creabiles, sed transportatæ
& factæ de unâ essentiâ in aliam: sicut in
vegetativâ, quæ transmutat panem in sub-
stantiam carnis. Igitur creaturæ sunt crea-
biles secundùm finem Dei & in ejus Digi-
nitatibus, quæ mundum intellexerunt, an-
tequam erat, & mundum, qui non erat,
esse voluerunt in tempore, ut haberet prin-
cipium, & in quantitate, ut esset in loco,
& haberet Bonitatem, Magnitudinem, ut
esset bonus, magnus &c.; quia quælibet
Dei Dignitas in illo posuit suam similitudi-
nem, & transmisit eam substantialiter, ut
Mundus esset substantia, cui Deus concrea-
vit accidentia, videlicet tempus, quanti-
tatem, locum &c., sinè quibus Mundus ne-
quit esse.

5. Qualiter autem Deus creaverit Mun-
dum in Magnitudine Bonitatis, Durationis
&c.,

& ad maj
creare de
s fundato?
ro de D
mitatem In
us petram
6. Facile
Unum, &
conspicit il
35. & 36.
modicè clari
dum aliud
tus li nobi
solo habet
lem & prin
Essentiâ, si
vum, inte
vom, am
bonificab
& qu
sunt un
tum est
est princip
Universali
le absol
proprium
cipiabile
positiv
cipiabil
viam C
de nece
libet D

&c., & ad majorem finem, qui potuit esse, & sic creare debuerit debito in suis Dignitatibus fundato? vide *pag. cit. 35.* & in Nostro Libro de Deo - Homine *Disp. 1. Q. 2.* & necessitatem Incarnationis à Divinis Dignitatibus petiram faciliè apprehendes.

6. Faciliè etiam apprehendes Deum Tri-
Unum, & Filium Dei incarnatum, si bene concipias illa, quæ B. DOCTOR *cit. pag. 35. & 36.* exponit his verbis intellectui vel modicè claro clarissimis: " Est præterea quoddam aliud Universale Principium longè altius & nobilius, quod est Deus, qui in se ipso habet principiativum, principiabilem & principiari, qui sunt de suamet Essentiâ, sicut habet in se ipso intellectivum, intelligibilem & intelligere, amativum, amabilem & amare, bonificativum, bonificabilem & bonificare, & sic de aliis; &, quia in Deo omnes suæ Dignitates sunt unum idem numero, Deus, in quantum est æterna & infinita Essentia, non est principiabilis, quia illud, quod est actus Universaliter, non potest esse principiabile absolutè, sed, quia Deus habet in se proprium principiativum, proprium principiabilem, & proprium principiari suppositaliter & Personaliter, multiplicat principiabilem & principiari suppositaliter per viam Generationis & Spirationis; & hoc de necessitate convenit esse, existente quolibet Dignitate convertibiliter aliâ secundum

5, dùm naturam & proprietatem, ut opera-
 6, tio Dignitatum sit æqualis earum entita-
 7, ti & existentiae, qualibet existente in prin-
 8, cipiatiuo, principiabili & principiari, sicut
 9, in intellectiuo, intelligibili & intelligere,
 10, bonificatiuo, bonificabili & bonificare, &
 11, sic de aliis; & ideò, cùm Dignitates sint
 12, unum idem, alia in aliâ, necessariò con-
 13, uenit, quòd sit multiplicatio Personarum
 14, distinctè & numeraliter per omnes Digni-
 15, tates in unitate principiatiui, principiabi-
 16, lis & principiari; &, si ità non esset, se-
 17, queretur de necessitate, quòd operatio-
 18, nes Dignitatum essent in minoritate, &
 19, earum existentia in majoritate, quod est
 20, impossibile. Igitur in Diuinâ Essentiâ, quæ
 21, est omnes Dignitates, est principium, quod
 22, est Essentia, in quâ est principiatiuus, qui
 23, est Pater principiari de se ipso Deum Fi-
 24, lium principiabilem, & principiari est De-
 25, us S. Spiritus Spirabilis & spiratus de Deo
 26, Patre & de Deo Filio; & hoc æternaliter
 27, & infinitè cum Magnitudine Bonitatis,
 28, Æternitatis &c., ut in Essentiâ incessanter
 29, existant Principiatiuus, Principiabilis &
 30, Principiari, & Deificatiuus, Deificabilis
 31, & Deificare, in quibus Dignitates non sint
 32, otiosæ, sed in illis sint ità magnæ per age-
 33, re & principiari, sicut per existere; & om-
 34, nia ista essent impossibilia, si Deus non ha-
 35, beret in se ità proprium & essentialem
 36, principiabilem & principiari, sicut ipse est
 37, Prin-

„ Principium ; & in isto proprio principia-
 „ bili (*quo est Filius Divinus*) fuit humana
 „ Natura Jesu Christi Deificabilis, & sub-
 „ stantia Mundi principialis (*non fuit sub-*
 „ stantia Mundi principialis in isto proprio princi-
 „ piabili, sed) secundum dispositum nem ad
 „ istam principialem & creabilem Deifica-
 „ tionem, „ ut diximus Libro de Deo-Ho-
 mine.

7. Accipe plura ex *Libr. Proverb. Cap. 101.*
 ubi B. DOCTOR ita habet N. 1. “Deus
 „ est Principium complementi. N. 2. Prin-
 „ cipium non potest esse infinitum sine æter-
 „ nitate. N. 3. Principium non potest esse
 „ perfectum sine essentiali Principianti, Prin-
 „ cipiabili & Principiare. N. 4. Principi-
 „ um non potest esse perfectum, si non prin-
 „ cipiat de Bonitate. N. 5. Majus bonum
 „ potest principiari de majori Bonitate, quàm
 „ de parvâ. N. 6. Principium non potest
 „ esse majus in alio, quàm in se ipso. N.
 „ 7. Nullum bonum principiatur cum pec-
 „ cato. N. 8. Successio Principii est de uno
 „ in aliud. N. 9. Principia unum bonum
 „ cum unâ virtute, & aliud bonum cum aliâ.
 „ N. 10. Non pœnitet eum, qui bene prin-
 „ cipiat. N. 11. Antequàm aliquid inci-
 „ pias, respice finem illius. N. 12. Quando
 „ aliquid incipies, respice, quare sis prin-
 „ cipiatus. N. 13. Priùs incipe deliberatio-
 „ nem, quàm tuam operationem. N. 14.
 „ Priùs benedicas Nomen Dei, quàm inci-

S

„ pias

„ substantiale. N. 10. In principiando pri-
 „ us est finis, quàm efficiens, & efficiens,
 „ quàm forma, & forma, quàm materia.
 „ N. 11. Illud principium, quod est ma-
 „ gis propinquum fini, est principium illi-
 „ us, quod ab illo est magis remotum.
 „ N. 12. Una forma est principium alteri-
 „ us. N. 13. Omnis principiabilitas est ma-
 „ gis propinqua principiativitati, quàm al-
 „ teri. N. 14. Principiare est magis pro-
 „ pinquum principiabilitati & principiativi-
 „ tati, quàm ipsi bonificare. N. 15. Nul-
 „ lum principium attingit finem sinè medio.
 „ N. 16. Ità est conditio principii, quòd
 „ aliquid sit de suâ essentiâ, sicut sua con-
 „ ditio est, quòd aliquid sit post ipsum. N.
 „ 17. Convenit, quòd illud sit principium,
 „ quod est de principio. N. 18. Si illud,
 „ quod est de principio, non esset prin-
 „ cipium, clavus, qui est de ferro, non
 „ esset ferrum. N. 19. Quod est princi-
 „ piatum de principio, est principiatum in
 „ genere principii. N. 20. Quia princi-
 „ piatum de principio est principiatum in
 „ genere principii, convenit, quòd princi-
 „ pium sit ens generale.

CAPUT XIV

De Definitione Medii.

1. „ **M**edium est subjectum, per quòd
 „ finis influit principio, & prin-

„ cipiūm refluit fini, fic, quod Medium fa-
 „ piat naturam utriusque, & fit imago illo-
 „ rum. „ Est ſubſtantialis pars ſubſtantiaē,
 ut partes ſint ſubſtantialiter & mediataē aliā
 in aliis, ſicut in eſſentiā ignis, in quā forma
 & materia ignis ſunt partes ſubſtantiales,
 quarum alia exiſtit in aliā, & conjunctio ea-
 rum eſt medium, in quo conjunguntur.
 Hoc medium eſt ſubjectum fini, quare for-
 ma moveat materia ad paſſionem, & ma-
 teria mota ad paſſionem refluat illam ſimili-
 tudinem principio, ut conſtituatur Medium
 de actione & paſſione. Iſtud eſt ſubſtantiale
 Medium, quod eſt meſuratum de amba-
 bus partibus æqualiter extenſis per omnes
 partes ſimplicium principiorum Bonitatis,
 Magnitudinis &c., de quibus materia & for-
 ma componuntur, iſtudque Medium eſt de
 naturā principii & finis, quæ in ipſo for-
 maliter & materialiter apparent.

2. Medium eſt ſubjectum Fini, in quan-
 tum Finis inſluit Principio ſuam ſimilitudinem,
 & eſt ſubjectum principio, in quan-
 tum principium refluit ipſam ſimilitudinem,
 de quā Finis ipſum induit. Etiam Principi-
 um generale refluit ſuam ſimilitudinem Fini.
 Unde ratione influentiæ & refluentiæ ambo-
 rum eſt conſtituta ſubſtantia de ambobus,
 exiſtens naturale Medium, in quo omnes
 partes ſunt ſuſtentratæ, & hoc Medium eſt
 conjunctum de ipsis, & ipſæ ſunt conjunctæ
 in ipſo.

3. Etiam bonificare (idem est de Magnificare &c.) est Medium existens inter bonificativum & bonificabile, & est subjectum, per quod bonificativum influit in bonificabile; quia bonificare est constitutum de influentiâ & refluentiâ amborum, & sapit naturam utriusque, & est imago, in quâ apparet utrumque. Idem dicendum de aliis intrinsecis actibus procedentibus ex formâ & materiâ, in quibus TIVUM seu forma est principale & nobilius agens; BILE verò seu materia est minùs principale & minùs nobile agens, non agens nisi motum activo motu formæ. In istis TIVUM dici potest Finis, cui datum est BILE, ut ipse habeat actionem in se & intrâ substantiam, cujus est pars. Similiter dicendum de formâ, materiâ & conjunctione in composito.

4. Sed, quando Finis existit in BILI propter ejus nobilitatem & excellentiam, in quo casu TIVUM ordinatur ad BILE tanquàm suum Finem, tunc incipit influentiâ à BILI movente TIVUM, ut refluat ad ipsum; & hoc est in summo objecto memorabili, intelligibili & amabili respectu inferioris memorativi, intellectivi & amativi. Et, quia istud BILE influit in TIVUM voluntariè, quantum vult, & non ultra, idèd à Ss. Patribus dicitur, quòd istud BILE, nempe Deus, sit objectum voluntarium, se ipsum objiciens, quantum vult & non ultra; & idèd, quòd objectatio sit major vel minor

nor, attribuitur Deo plùs vel minùs se comunicanti potentiaë, non verò ipsi potentiaë plùs vel minùs se applicanti. Sed, quamvis hoc verum sit, proximè & immediatè tamen, quòd objectum plùs vel minùs se comunicet potentiaë, provenit etiam à majori vel minori Perfectione & dispositione potentiaë; & idè etiam radicaliter & originativè major vel minor objectatio potest attribui potentiaë, ut docent SCOTISTÆ contra THOMISTAS. Rem hanc in Tomis MOGUNTIAE impressis non invenio decisam, proptereaquè iudicium suspendo, licèt omnibus consideratis videatur B. DOCTOR favere Thomistis.

5. Medium est multiplex in creaturis, *Conjunctionis*, quale est id, quod conjungit distincta in unum, sicut virtus progrediens de materia & formâ, quæ ambas conjungit in unum esse substantiaë, ut ipsæ sint Principia illius esse, & ipsum esse sit Finis earum. *Mensurationis*, quale est punctus in medio Lineæ æqualiter distans ab extremitatibus ipsius, vel sicut centrum in medio Circuli æqualiter distans ab unaquaque parte Circumferentiaë ipsius, vel sicut tantum in Bonitate, quantum in Magnitudine &c., & èconverso. *Extremitatum*, sicut Linea existens in medio duorum punctorum terminantium eam, & sicut id, quod est inclusum intrâ superficiem convexam alicujus sphaeræ. Idem dicendum de aliis similibus.

6. Est etiam (ait B. DOCTOR in *Leſt. cit. pag. 36.*) Medium ſecundùm opus artificiale in Artifice, qui facit ſcyphum, in quo materia, de quâ fit, eſt ſubjectum, in quo Finis, qui eſt bibere, influit ſuam ſimilitudinem, & Artifex refluit Fini ſuam ſimilitudinem, quam ipſi transmittit, in quantum facit ſcyphum, & iſta materia poſita ſub formâ ſcyphi eſt imago, in quâ relucent Finis & Actor ſcyphi.

7. De Medio ſpirituale inter materiam & formam ſpiritualem, & de ARE, quod eſt Medium inter TIVUM & BILE, eodem vel ſimili modo diſcurre.

8. De Medio autem, quod eſt in Deo, accipe haud obſcura B. DOCTORIS verba ibidem *pag. 37.* expreſſa ; “ Eſt adhuc Medium longè ſublimius, quod eſt ſubſtantiale ſinè aliquo accidente, ſicut amare in Deo, quia in Deo eſt amativus & amabilis, & Deus eſt tantùm amabilis quantum amativus; & èconverſo, ut amare ſit æqualiter in medio amborum æternaliter & infinitè cum Magnitudine Bonitatis &c. ſic in quantum Deus eſt amativus, influit ſuæ amabilitati ſe ipſum, ut ſit amans & amatus, & in quantum Deus eſt amabilis, influit amato, ut ſit amabilis & amatus; & amatus eſt Deus ſpiratus, in quo apparent & relucent amans & amabilis, qui amatus eſt ſpiratus ab ambobus, & cum ipſis remanet una Eſſentia & Natura, unus Deus,
una

„ una Deitas, & distinctio omnium trium
 „ remanet in amante, amabili & amare....
 „ Et omnia ista tria sunt necessaria, ut in
 „ Deo existat subjectum, in quo possit ama-
 „ re se ipsum, & etiam possit esse amans &
 „ amabilis, & sine otiositate amandi, & quod
 „ ita fit magnus & ita nobilis per amare, si-
 „ cut per amantem, amabilem & amorem;
 „ & hoc idem sequitur in Bonitate, Magni-
 „ tudine & aliis Dignitatibus Dei.

9. Plura accipe ex *Libr. Proverb. Part. 2.*
Cap. 17. ubi B. DOCTOR ita habet N. 1.

„ Medium est subjectum, in quo Finis in-
 „ fluit Principio suam similitudinem, & Prin-
 „ cipium illam refluit Fini, & Medium sa-
 „ pit naturam utriusque. N. 2. Amabilitas
 „ influit suam similitudinem amanti, ut ip-
 „ sum moveat ad amare. N. 3. Amans re-
 „ fluit in amare amatum, qui est similitudo
 „ amabilitatis. N. 4. Amare est Medium,
 „ in quo conjunguntur amans & amabilis.
 „ N. 5. Inter perfectum amicum & amatum
 „ est amare in Medio. N. 6. Medium, quod
 „ est de Principio & Fine, consistit in Medio.
 „ N. 7. Principium & Finis sunt per totum
 „ Medium, quod est de ipsis. N. 8. Sub-
 „ stantia est Medium formæ & materiæ. N.
 „ 9. Si forma & materia non haberent sub-
 „ stantiale Medium, de ipsis non resurreret
 „ substantia. N. 10. Nullum accidentale
 „ Medium est tam magnum, sicut substan-
 „ tiale. N. 11. In Magnitudine extremita-
 „ tum

- „ tum est Magnitudo Medii. N. 12. Media-
 „ um, quod est inter Bonitatem, Magnitu-
 „ dinem & alia Principia, transit in tertium
 „ numerum. N. 13. Magnitudo est magis
 „ remota à parvitate in suo Medio. quàm
 „ in suis extremitatibus. N. 14. Medium,
 „ quod est de Principio & Fine, est tam
 „ propinquum uni, sicut alteri. N. 15. Qui
 „ Principio impedit Medium, impedit Fi-
 „ nem. N. 16. Per privationem Medii est
 „ privatio Finis. N. 17. Medium per Prin-
 „ cipium habet laborem, & per Finem ha-
 „ ber quietem. N. 18. Accidentale Medi-
 „ um est de similitudinibus. N. 19. Inter
 „ in- & extrinsecum convenit esse Medium.
 „ N. 20. Omnis Virtus est in Medio mul-
 „ torum.

CAPUT XV

De Definitione Finis.

1. „ **F**inis est id, in quo Principium qui-
 „ escit. „ Est multiplex; nam ali-
 „ us est Finis *Causa*, seu Finis, qui est causa
 finalis, qui etiam dicitur Finis Perfectionis,
 cujus nota est multùm necessaria in hac ar-
 te; si enim Artista habeat cognitionem de
 conditionibus ipsius, habet viam apertam
 ad inveniendum Medium Conclusionis, quo
 indiget ad Resolutionem quæstorum sub
 ratione Finis. Alius est Finis *Terminationis*,

& est ille terminus vel illi termini, ultra quos aliquid terminari non potest, sicut termini campi vel vineæ vel alicujus quantitatis, vel etiam termini intellectûs, ultra quos intelligere non potest. Alius est Finis *Privationis*, qui ratione corruptionis vel consumptionis facit finire ens in *non esse*.

2. Finis in principali acceptione alius est Finis alteri, ascendendo de Fine ad Finem usque ad ultimum Finem, ultra quem non est possibilis alius Finis; & iste ratione infinitatis suæ essentiæ est in se & per suam naturam Finis non indigens aliquo extra se, nec habet ullum alium Finem, ad quem se haberet. Iste est supremus Finis, ad quem omnes cæteri Fines diriguntur, & quem omnia appetunt, ut perveniatur ad tam magnum *esse*, quod habet omnes suos terminos infinitos, nempe infinitam Bonitatem, Magnitudinem &c., quibus cætera omnia comprehenduntur & terminantur plûs, quàm contentum à suo continente; & habet in se ipso simpliciter suam intrinsecam operationem, ut suæ Perfectiones non sint otiosæ, nec sint sinè Fine.

3. Dicitur, quòd Finis sit id, in quo Principium quiescit; quia omnia Principia quiescunt & delectantur, quando attingunt hoc, quare sunt: sicut Bonitas, Magnitudo &c., quæ habent quietem & delectationem, quando constituunt & componunt substantiam de se ipsis, & quando substan-

tia

tia agit sub ratione ipsarum, remanente qualibet earum sub suâ simplici propriâ ratione; & hoc est, quia iste est Finis earum, extra quem ipsæ haberent laborem & inquietem. Idem est dicendum de Fine cujuslibet partis existente in qualibet parte, sicut in bonificare; in quo bonificare est Finis bonificativi & bonificabilis, in quo ista duo quiescunt, & extra quod haberent laborem & pœnam. Idem dicendum est de amare voluntatis, de intelligere intellectûs, videre visûs &c.

4. De Fine B. DOCTOR in *Leâ. cit. pag. 37. & 38.* ita (saltem quo ad substantiam) discurre: Finis est substantialis pars substantiæ, ut partes substantiæ possint in Fine quiescere substantialiter. Hic substantialis Finis est complementum & perfectio rerum habens in se essentiale finitivum, finibile & finire, ut in istis Principia, Bonitas, Magnitudo &c., earumque TIVA, BILIA & ARE possint quiescere, recipiendo à Fine ejus similitudines, & Fine recipiente ab illis similitudines illarum: sicut Bonitas (idem est de aliis) quæ in suo TIVO, BILLI, ARE recipit similitudines Finis finitivè, finibiliter & finienter, & Finis recipit similitudines Bonitatis bonificativè, bonificabiliter & bonificanter. Sed, quando Finis (Idem est de aliis) Bonitati non dat perfectè suam similitudinem, vel Bonitas illi resistit, tunc substantia venit in privationem & corruptionem, in quâ nul-
lum

lum Principium habet quietem, ceteri patet in ligno, dum comburitur, in homine, dum infirmatur &c. Plura vide loco citato de accidentibus, quæ in substantiâ quiescunt, de potentiis Elementarivâ, vegetativâ, sensitivâ & imaginativâ quiescentibus in Fine substantiæ corporeæ, & de memorativâ, intellectivâ & amativâ quiescentibus in Fine substantiæ spiritualis.

5. De Divino autem Fine ipsa formalia & quidem clara recitamus B. DOCTORIS verba pag. 38. N. 3. "Deus est Finis & Perfectio Mundi & patrium ipsius, & iste Finis sustentatur in sapientiâ, Æternitate, & in aliis Dignitatibus Dei. In isto Fine non posset Mundus, nec suæ partes quiescere, si non esset hoc, quod est, sicut in Fine, qui est habitare, homo non posset quiescere, si camera non esset. Est igitur esse Mundi in tempore, & fuit suus Finis, antequàm ipse. Iste Finis est memorare, intelligere & amare Deum, & in illo Fine homo non potest quiescere sine labore in hac præsentis vitæ; igitur convenit, quòd Mundus sit principiatus, & sit hoc, quod est, ut sit subjectum illi Fini, quare est. In isto Mundo est unicus Finis, qui est substantialis pars Mundi, & de ejus essentiâ, qui Finis est Humanitas Nostri Domini JESU CHRISTI, qui Finis est complementum & Perfectio omnibus Creaturis, quia omnia sunt, ut ipse sit,

„ fit, & ipse est Finis, ut cœteræ partes
 „ Mundi sint quietabiles in similitudine ejus,
 „ qui est Finis earum in unione, quam ha-
 „ bet cum Personâ Filii Dei. In isto Fine
 „ quiescunt Dignitates Dei, quia non potue-
 „ runt creare meliorem Finem secundum
 „ Bonitatem Magnitudinis, Durationis &c.,
 „ & etiam secundum Magnitudinem Bonita-
 „ tis & Unitatis Filii Dei; & iste Finis crea-
 „ tus & unicus cum Deitate quiescit cum Digi-
 „ nitatibus Dei, cum quibus est unicus. Est
 „ adhuc alius Finis magis altus & nobilis,
 „ qui est Perfectio & Finis omnium rerum
 „ & suâ ipsius, videlicet Noster Dominus
 „ Deus, qui est substantialis Finis sinè ali-
 „ quo accidente, habens in se essentielle in-
 „ finiens, infinibile & infinire, in quo bo-
 „ nificans existens de suâ Essentiâ est infini-
 „ ens; & bonificabile ejusdem Essentiæ est
 „ infinibilibitate infinibile; & ejus bonificare
 „ est in infinire infinitum. Hoc idem se-
 „ quitur de Magnitudine, quæ in infinitate
 „ habet infinitum Magnificativum, infini-
 „ tum Magnificabile, & infinitum Magnifi-
 „ care, & hoc idem est de aliis Dignitati-
 „ bus, quæ omnes quiescunt in Fine, cum
 „ quo sunt una eadem Essentia & Natura in
 „ numero, & omnes insimul & quælibet per
 „ se quiescunt in Fine Personaliter, cum
 „ omnes insimul & quælibet ipsarum per se
 „ sint Personæ infinitæ in Magnitudine Bo-
 „ nitatis &c., & in Magnitudine Unitatis
 „ in-

„ infinitivi, & Unitatis infinibilis, & Unitatis
 „ tis infinire in generativo & generabili, spirato
 „ rativo & spirabili, & spirare, in quâ Unitate
 „ Trinitatis & infinitas numeri terminati de
 „ infinitivo, infinibili & infinire, ut habeat
 „ numerum Personarum infinitarum in Magnitudine
 „ Bonitatis, in quibus Dignitates possint quiescere,
 „ sicut infinitas Dei, quæ quiescit in Sapientiâ
 „ ratione intellectivi, intelligibilis & intelligere
 „ æternaliter & infinite; & hoc idem sequitur de
 „ Infinitate in Bonitate, Magnitudine &c., sicut
 „ in Bonitate, in quâ est bonificativa, bonificabilis
 „ & bonificare, sinè quâ bonificativitate,
 „ bonificabilitate & bonificare infinitas non
 „ posset quiescere in Bonitate, nec Bonitas in
 „ infinitate.

6. Plura accipe ex *Libr. Proverb. Part. 2. Cap. 18.* ubi B. DOCTOR ita habet N. 1. Finis est id, in quo Principium quiescit. N. 2. Quia Finis est ultima forma, est quies primarum. N. 3. Nulla res est magis perfecta, quàm Finis. N. 4. Si Finis non esset substantia, esset major Finis per accidens, quàm per substantiam. N. 5. Si Finis non esset substantia, Potestas plùs posset de accidente, quàm de substantiâ. N. 6. Si Finis non esset substantia, Potestas plùs posset de accidente, quàm de substantiâ. N. 7. Nullus Finis est malus. N. 8. Si aliquis Finis esset malus, Bonitas non posset habere
 „ quie.

„ quietem in illo. N. 9. Malus Finis est
 „ privatio boni. N. 10. Privatio Finis non
 „ est aliquid positivum. N. 11. Si priva-
 „ tio Finis esset aliquid, esse & privatio es-
 „ sent unum & idem. N. 12. Privatio Fi-
 „ nis est vacuitas Principii & Medii. N.
 „ 13. In privatione Finis consistunt omnia
 „ mala. N. 14. Per magnum Finem mag-
 „ num Principium. N. 15. Nullus Finis
 „ est major, quàm ille, qui est de Fine.
 „ N. 16. Sicut Deus est Primum Principi-
 „ um, ita est ultimus Finis. N. 17. Ultra fi-
 „ nem non est ulla Perfectio. N. 18. Om-
 „ ne illud, quod est ante, conservatur per
 „ Finem. N. 19. In Fine sunt omnes men-
 „ suræ. N. 20. Nihil est propinquius in-
 „ finito, quàm Finis.

7. Accipe etiam illa, quæ habet B.DOC-
 TOR Part. 1. Cap. 102. ubi sic discurren N.

„ 1. Deus per suum Finem est finis om-
 „ nis Finis. N. 2. Quia quælibet Ratio
 „ Dei est finis, quælibet suarum Rationum
 „ est Finis omnium, quæ sunt. N. 3. Om-
 „ nes Fines creati sunt subditi increatis. N.
 „ 4. Omnis Finis creatus sustentatur in fine
 „ increato. N. 5. Nullus Finis est sinè actu.
 „ N. 6. Si Potestas non posset de se ipsâ
 „ possificare, non posset in se ipsâ quiesce-
 „ re. N. 7. Nullus Finis attingitur sinè
 „ bonificare. N. 8. Nihil est nobilius, quàm
 „ Finis. N. 9. Nulla pœna est tam mag-
 „ na, sicut privatio Finis. N. 10. Qui est

„ ma-

- „ magis propinquus suo Fini, magis ip-
 „ sum desiderat. N. 11. Quia Potestas po-
 „ test de Fine, sua quies consistit in Fine.
 „ N. 12. Potestas potest multò plùs de Fi-
 „ ne spirituali, quàm de corporali. N. 13.
 „ Sinè Fine amandi non est quies. N. 14.
 „ Virtutes sunt custodes Finis. N. 15. Fi-
 „ nis Pastoris consistit in Fine ovum. N.
 „ 16. Parum scit de Fine, qui ipsum pa-
 „ rùm recolat & amat. N. 17. Qui non
 „ vadit ad Finem, vadit ad privationem il-
 „ lius. N. 18. Qui amat Finem, amat om-
 „ nia bona. N. 19. Magnum dedecus facit
 „ Fini, qui illum non desiderat. N. 20.
 „ Qui non honorat Finem, inhonorat
 „ Deum.

CAPUT XVI

De Definitione Majoritatis.

1. „ **M**ajoritas est imago Magnitudinis,
 „ Bonitatis, Æternitatis & cæte-
 „ rarum Dignitatum Dei. „ Hæc est defi-
 „ nitio Majoritatis generaliter acceptæ; sed, si
 „ accipiatur specialiter, sic definitur Majori-
 „ tas Bonitatis: est imago Immensitatis, Mag-
 „ nitudinis Bonitatis Dei. Sic etiam definitur
 „ Majoritas Sapientiæ: est imago Immensi-
 „ tatis, Magnitudinis Sapientiæ Dei, & sic de
 „ aliis. Major Bonitas est major imago im-
 „ mensitatis Magnitudinis Bonitatis Dei, sive etiam
 im-

immensæ Bonitatis Dei, quia in immensitate subintelligitur Magnitudo, sive etiam immensæ Bonitatis tantum, quia cum immensitas sit solius Dei, jam subintelligitur Dei.

2. Majoritas est substantialis, ut sit major imago immensitatis, & hæc in illâ possit magis & melius repræsentari intellectui; nam manifestum est, quod in parte substantiali capiatur plûs de similitudine & significatione, quàm in parte accidentali. Est etiam Majoritas pars substantialis in substantiâ, ut possit dare de se suam similitudinem aliis partibus substantiæ, quæ, cum habeant plus Entitatis in suâ substantialitate, quàm in suâ accidentalitate, sunt majores substantialiter quàm accidentaliter. Est etiam Majoritas pars substantialis, ut Majoritates aliarum partium substantiæ, quæ sunt similitudines ipsius, habeant generale subjectum, in quo possunt stare, & ut ipsa sit fons, unde oriantur, & in quo custodiantur & fortificentur.

3. Majoritas substantialis est major in existendo & agendo, quàm in existendo tantum. Est etiam major in unâ substantiâ respectu alterius substantiæ, quando una substantia est major, quàm alia substantia in Bonitate, Magnitudine &c., de quibus ipsa est constituta: sicut substantia Cœli, quæ est major, quàm substantia ignis, & substantia ignis, quæ est major, quàm substantia aëris, & sic descendendo usque ad terram, quæ minima est substantia; & sicut substantia ani-

mæ rationalis, quæ major est substantiâ corporis humani. Majoritas est etiam in substantiâ respectu accidentis, quia substantia simpliciter est major accidente ratione Bonitatis & aliorum simplicium Principiorum, de quibus substantia est constituta; sed tamen ratione Finis accidens aliquod est majus substantiâ, sicut intelligere, quod est majus aëno, lapide &c. Et, sicut substantiarum alia est major quam alia, ita accidentium aliud est majus, quàm aliud ratione Bonitatis, & aliorum simplicium Principiorum, ex quibus accidens est constitutum, sicut intelligere, quod est majus, quàm videre, & sic de aliis.

4. His adjicimus, quæ in *Lect. cit. pag. 40. N. 2. B. DOCTOR* habet clarissima, suntque ista: "Est etiam una creata Majoritas, super omnia ista, quæ est creata Bonitas, in Domino JESU CHRISTO, quæ est major, quàm omnes aliæ creatæ Bonitates. Ratio est, quia est unita cum increatâ Bonitate, & etiam, quia increata Bonitas ipsam majorificavit tantùm in se ipsâ, quantum potuit, quam majorificationem convenit esse, ut creata majoritas possit ascendere in altiorem gradum Bonitatis, Magnitudinis &c., sinè quo gradu Majoritas non esset perfectè imago infinitæ Bonitatis, Magnitudinis &c., & Magnitudo increatæ Bonitatis defecisset majori creatæ Bonitati.

f. Ad:

5. Adjicimus & illa, quæ B. DOCTOR
 ibidem habet N. 3. haud minùs clara & val-
 de præclara, suntque ista : “ Deus est major,
 ” quàm omnia, tamen Deus non habet in se
 ” Majoritatem (*licet hanc habeat relatè ad crea-*
 ” *turas*) quia Majoritas non potest esse finè
 ” Minoritate. cùm Majoritas & Minoritas
 ” existant sub genere relationis. Bonitas in
 ” Deo est major, quàm in creaturâ, quia in
 ” Deo Bonitas, Magnitudo, Æternitas & aliæ
 ” Dignitates sunt unum idem numero; in
 ” creaturâ autem Bonitas, Magnitudo &c.
 ” sunt diversæ Essentiæ. Bonitas est in Deo,
 ” & Deus est ipsa Bonitas; sed homo non
 ” est Bonitas. nec Bonitas est homo, & sic
 ” de aliis. Etiam in Deo Bonitas est ipsum
 ” bonum, & bonum est Bonitas; sed in crea-
 ” turâ Bonitas non est ipsum bonum, quia
 ” bonum est plùs, quàm Bonitas in hoc, vi-
 ” delicet, quòd bonum dicat substantiam, &
 ” Bonitas dicat partem illius, sicut bona ar-
 ” bor & bonus homo, in quo Bonitas est
 ” pars boni. Bonitas in Deo est bonificans,
 ” bonificabile & bonificare, & quælibet ista-
 ” rum Personalium Proprietatum est tota
 ” Bonitas; sed in creaturis bonificativum
 ” non est tota Bonitas, & hoc idem de bo-
 ” nificabili & bonificare, quia bonificativum
 ” existit in Bonitate cum propriâ quantitate,
 ” qualitate &c. diversum à quantitate boni-
 ” ficabilis & bonificare; sed in Deo bonifica-
 ” tivum est tota Bonitas bonificans de toto

„ se ipso bonificabile per viam generationis;
 „ & spirabile per viam spirationis; & quia
 „ generatio & spiratio sunt in Bonitate æter-
 „ naliter & infinitè, Bonitas non potest esse
 „ quantificata; & idèd Bonitas Dei est ma-
 „ jor, quàm creata Bonitas, quod posset
 „ probari per Creationem, sustentationem
 „ &c., & etiam per Majoritatem Finis, cùm
 „ Deus sit Finis & complementum Mundo
 „ & suis partibus. Idem sequitur de Majo-
 „ ritate in Magnitudine, Duratione & aliis
 „ Principiis substantiæ, quod sequitur de
 „ Majoritate Bonitatis. Secundum discursu-
 „ sum, quem fecimus de Majoritate in præ-
 „ dictis rebus de gradu in gradum, & de
 „ unâ Essentiâ in aliam est Majoritas imago
 „ & speculum, in quo relucent & apparent
 „ essentiæ rerum, quarum una est major,
 „ quàm alia substantialiter & accidentaliter;
 „ & ista imago est speculum & Universale
 „ sensualiter & intellectualiter: sensualiter;
 „ videlicet sensibus, qui sensualiter attingunt,
 „ quòd quædam Essentiæ sint majores, quàm
 „ aliæ, sicut oculi, qui attingunt majorem
 „ splendorem in sole, quàm in Lunâ: intel-
 „ lectualiter autem, sicut intellectus, qui
 „ intelligit, quòd Creator sit major quàm
 „ creatura. Istud Universale speculum &
 „ imago est Majoritas, in quâ humano in-
 „ tellectui apparet immensitas Bonitatis, Mag-
 „ nitudinis & aliarum Dignitatum Dei, ut
 „ ipsa magis intelligat, quàm aliquid aliud,
 „ &

roturati,
 quid aliud
 quod sub ist
 intelligat
 rebus, sec
 jores, qu
 plus sim
 6. Flor
 19 ubi B. D
 rias est in
 radiaz,
 riaz dic De
 magis sim
 N. 3. Null
 rias N.
 magis per
 ita est m
 jortas el
 nis Ma
 dantian
 noritan
 cordant
 non esse
 Magnit
 tie san
 omnes
 lus gr
 tate.
 Major
 12. Si
 N. 13.
 substan

„ & voluntati, ut ipsa magis amet, quàm
 „ aliquid aliud; & hoc idem de memoriâ, &
 „ quòd sub istâ Majoritate homo memoret,
 „ intelligat & amet Majoritatem in creatis
 „ rebus, secundùm quod quædam sunt ma-
 „ jores, quàm aliæ, & habent cum Deo
 „ plus similitudinis.

6. Plura accipe ex *Lib. Proverb. Part. 2. Cap.*
 19. ubi B. DOCTOR irà habet N. 1. “Majo-
 „ ritas est imago infinitæ Bonitatis, Magni-
 „ tudinis, Æternitatis, Potestatis, Sapien-
 „ tiæ &c. Dei. N. 2. Omnis Majoritas est
 „ magis similis infinitati, quàm Minoritas.
 „ N. 3. Nulla res est major, quàm Majori-
 „ ritas. N. 4. Omne, quod est majus, est
 „ majus per Majoritatem. N. 5. Bonitas
 „ irà est major per Majoritatem, sicut Ma-
 „ joritas est bona per Bonitatem. N. 6. Om-
 „ nis Magnitudo habet majorem Concor-
 „ dantiam cum Majoritate, quàm cum Mi-
 „ noritate. N. 7. Majoritas irà habet Con-
 „ cordantiam cum esse, sicut Minoritas cum
 „ non esse. N. 8. Per majorem Bonitatem
 „ Magnitudo, Duratio, Potestas & Sapien-
 „ tia sunt majores. N. 9. Sinè Majoritate
 „ omnes res essent æquales. N. 10. Nul-
 „ lus gradus comparationis est sinè Majori-
 „ tate. N. 11. Nullum Ens, quod est de
 „ Majoritate, potest esse de Minoritate. N.
 „ 12. Sinè Majorificare nulla res esset major.
 „ N. 13. Si Majoritas non esset substantia,
 „ substantia non posset esse major, quàm ac-

5, cidens. N. 14. Substantia & Majoritas
 „ habent Concordantiam, & accidens & Mi-
 „ noritas. N. 15. Si Majoritas non esset sub-
 „ stantia, Concordantia non posset esse ma-
 „ jor. N. 16. Majoritas accidentalis est si-
 „ militudo Majoritatis substantialis. N. 17.
 „ Si una substantia potest esse major, quàm
 „ alia per accidentalem Majoritatem, quan-
 „ tùm magis per substantialem. N. 18. Se-
 „ cundùm majorem Finem una substantia est
 „ major, quàm alia. N. 19. Quantùm sub-
 „ stantia est de pluribus & majoribus rebus,
 „ quàm alia, tantùm major est quàm alia. N.
 „ 20. Substantia est major in homine per Bo-
 „ nitatem, quàm in equo per extensitatem.

7. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
 TOR ibidem *Part. 1. Cap. 65.* ubi ita discuti-
 rit N. 1. “ Quia Deus est infinitus & æter-
 „ nus, est major, quàm omne, quod est.
 „ N. 2. Deus est ita major per Potestatem
 „ & Bonitatem, sicut per infinitatem & æter-
 „ nitatem. N. 3. Quia omnes actus Divi-
 „ narum Rationum sunt æquales, Deus in se
 „ non habet ullam Majoritatem. N. 4. Si vis
 „ esse major per Bonitatem, habeas majus
 „ bonificare. N. 5. Si vis esse major per
 „ voluntatem, habeas majus amare. N. 6.
 „ Quia Deus est major, quàm creatura, vo-
 „ luit esse major creaturâ. N. 7. Sicut De-
 „ us est major per Deitatem, ita voluit ef-
 „ se major per Humanitatem. N. 8. Si De-
 „ us non esset Creatura, non esset major per
 „ Crea-

- „ Creaturam. N. 9. Nullus potest esse ma-
 „ jor in Humanitate, quin sit homo. N. 10.
 „ Nullus potest esse major in Bonitate, quin
 „ sit bonus. N. 11. Si Deus non creavisset
 „ unam Creaturam majorem, quàm om-
 „ nes, non amaret majorem creationem. N.
 „ 12. Quia Deus amat majorem creaturam,
 „ quælibet creatura appetit habere Majorita-
 „ tem. N. 13. Deus non posset amare ma-
 „ jorem creaturam, si illam non creâisset in
 „ Majori Majoritate. N. 14. Illa creatura,
 „ quæ magis assimilatur Deo, est major. N.
 „ 15. Qui plus offendit Deum in peccato,
 „ est major in pœnâ. N. 16. Qui est ma-
 „ jor in peccato, est major in pœnâ. N.
 „ 17. Nulla Majoritas mali est amabilis. N.
 „ 18. Noli esse major sinè justitiâ & Bonita-
 „ te. N. 19. Ille est minor in Bonitate, qui
 „ vult esse major sinè ipsâ. N. 20. Omnes vir-
 „ tutes naturaliter sunt majores, quàm vitia.
 „ 8. Accipe adhuc illa, quæ habet ibidem
 „ Cap. 88. ubi ità loquitur N. 1. “Deus est ma-
 „ jor, quàm quidquid est, per Infinitatem.
 „ N. 2. Deus ità est major, quàm quidquid
 „ est, per Bonitatem, sicut per Infinitatem.
 „ N. 3. Deus non esset major, quàm omne,
 „ quod est, per Bonitatem, sinè bonifican-
 „ te, bonificabili & bonificare. N. 4. De-
 „ us est major, quàm omne, quod est, per
 „ quamlibet suarum Rationum. N. 5. Hu-
 „ manitas, quam Deus assumpsit, est major
 „ in Bonitate, quàm totum Univerſum crea-
 „ tum.

„ tum. N. 6. Sicut Deus voluit esse major,
 „ quàm tota creatura, per Deitatem, sic vo-
 „ luit esse major, quàm totum Universum
 „ creatum per Humanitatem, quam assump-
 „ sit. N. 7. Majoritas Dei est Finis omni-
 „ um Majoritatum. N. 8. Deus non potest
 „ esse major per Existentiam, quàm per a-
 „ gentiam. N. 9. Si Deus esset major per
 „ existere, quàm per agere, actus Divina-
 „ rum Rationum non essent infiniti. N. 10.
 „ Ultra Majoritatem non est ulla res. N.
 „ 11. Ità est major per Majoritatem, sicut
 „ bonus per Bonitatem. N. 12. JESUS
 „ CHRISTUS cum suis humanis Rationi-
 „ bus est major, quàm omnes aliæ creatæ
 „ Rationes. N. 13. Si Deus non creavisset
 „ Creaturam in majori Majoritate, non a-
 „ maret eam cum majori Voluntate. N. 14.
 „ Majoritas non est bona sinè Bonitate. N.
 „ 15. Stultus est, qui putat esse major sinè
 „ majori Bonitate. N. 16. Majoritas plùs
 „ valet per virtutem, quàm per corpus. N.
 „ 17. Omnes Majoritates corporales non va-
 „ lent unum majus recolare, intelligere &
 „ amare. N. 18. Omnes Minoritates na-
 „ turaliter sunt servæ Majoritatum. N. 19.
 „ Cum peccato facis tuam bonitatem jmi-
 „ norem, quàm bonitatem a fini. N. 20. Si
 „ es minor per paupertatem, sis major per
 „ sanctitatem.



CAPUT XVII

De Definitione Æqualitatis,

1. „ **Æ**qualitas est subjectum, in quo „ quiescit Finis Concordantiæ, „ Magnitudinis &c., Finis hujus Concordantiæ est illa & alia Principia concordare, ut istud concordare quiescat in æqualitate Bonitatis, Magnitudinis &c., & in æqualitate operationis earum, nimirum in bonificare, magnificare &c., taliter, quòd, quantum daret æqualitas Bonitatis, Magnitudinis &c., & æqualitas operationis earum, tantum sit in pace & quiete concordare earum, & cessante æqualitate statim perturbetur concordare per superveniens contrariari, quod intraret privatam æqualitate, & introductam inæqualitate : sicut accideret, si unirentur inæqualia Principia ad constitutionem alicujus substantiæ, vel si ipsis existentibus æqualibus unum eorum ageret multum, aliud parum, aliud mediocre.

2. Æqualitas est inter Principia substantialia, ut in quolibet eorum sint æquales partes essentielles, sicut in Bonitate, in quâ TIVUM, BILE, ARE sunt æquales partes essentielles, quia æqualiter sunt de essentiâ Bonitatis : & ut quodlibet eorum æqualiter sit pars substantialis substantiæ, & hoc æqualiter existendo in substantiâ, & æqualiter con-

stitueno ipsam, & æqualiter essendo ei Ratio agendi, cum nulla sit Ratio, quare unum Principium debeat excedere alia, maximè, quia Divinæ Dignitates, quarum ipsa sunt similitudines, sunt omnino æquales in essendo & agendo, tam ad intrâ, quàm ad extra, ut satis diximus Libro de Deo. Est etiam æqualitas accidentalis inter Principia, ut quodlibet eorum sit habituatam & vestitum à quolibet vicissim æqualiter, sicut Bonitas est magna sub habitu Magnitudinis, & Magnitudo est bona sub habitu Bonitatis æqualiter. Idem est de aliis.

3. De Divinâ Æqualitate damus ipsa B. DOCTORIS verba Lectu dignissima & conceptu facillima ibidem pag. 41. N. 2. Expressa; "In Deo est Æqualitas per modum existendi & agendi, videlicet, quod sua agentia sit tanta in se ipso, quatenus ipse existit; nam, si esset minor, accederet ipsi non esse, & illi deficeret operatio Magnitudinis, Bonitatis, Æternitatis &c. Unde sequeretur malitia, parvitas & privatio, quod est impossibile; igitur operatio Dei est æqualis illi ipsi; &, quia Deus est substantia, oportet, quod operatio sit substantia, & quod hæc substantia æqualiter sit substantiativum, substantiabile & substantiare, & quod omnia tria æqualiter sint una substantia, quam oportet esse tantam per substantiare, quanta per existere substantia; &, quia Deus est substantia, est
,, ne-

„ necessarium, quòd in illo sit Trinitas in
 „ Deificarivo, Deificabili & Deificare, &
 „ quòd omnia tria sint unus Deus æquali-
 „ ter, & una Deitas; & oportet, quòd hic
 „ Deus in tantum si Deus per Deificare, in
 „ quantum per existere. In Deo Bonitas,
 „ Magnitudo & suæ aliæ Dignitates sunt æ-
 „ quales suppositaliter & numeraliter; nam,
 „ sicut Deus ratione sapientiæ habet in se
 „ TIVUM, BILE, ARE, & ratione amo-
 „ ris TIVUM, BILE, ARE, ità oportet,
 „ quòd ratione Bonitatis habeat in se ipso
 „ TIVUM, BILE, ARE, & ratione Mag-
 „ nitudinis TIVUM, BILE, ARE, & sic
 „ de aliis suis Dignitatibus; & convenit,
 „ quòd omnia ista necessariò sint in Deo, ut
 „ suæ Dignitates habeant, in quo possint es-
 „ se æquales, & ut Deus in tantum sit De-
 „ us per unam Dignitatem, quantum per
 „ aliam. In Deo Bonitas, Magnitudo &
 „ aliæ Dignitates æqualiter sunt TIVUM,
 „ BILE, ARE; unde sequitur, quòd Deus
 „ æqualiter utatur creaturis secundum æqua-
 „ litatem suarum Dignitatum & Proprieta-
 „ tum, ad significandum & demonstrandum
 „ æqualitatem, quam habet in se ipso; nam,
 „ sicut Deus in se ipso non potest plùs intel-
 „ ligere & amare, quàm bonificare, magni-
 „ ficare, æternificare, possificare &c., sic
 „ non potest in creaturis plùs intelligere &
 „ amare, quàm bonificare, magnificare &c.,
 „ Deus Pater de suâ Bonitate, æternitate &c.,
 „ æqua-

„ æqualiter generat Deum Filium, ut Fili-
 „ us æqualiter sit genitus de Bonitate, Mag-
 „ nitudine &c., & ut Patri sit æqualis in ef-
 „ sendo Filius, & Pater æqualis Filio in ef-
 „ sendo Pater; unde propter hanc rationem
 „ Pater non potest esse Filius, nec Filius po-
 „ test esse Pater, quia omnes Dignitates æ-
 „ qualiter sunt in Patre sub eâ ratione, quòd
 „ sit Pater, & in Filio, quòd sit Filius. Pa-
 „ ter æqualiter spirat S. Spiritum de om-
 „ nibus suis Dignitatibus; & ideo Spiritus
 „ S. est æqualis Patri & Filio cum omnibus
 „ suis Dignitatibus, & non potest esse Pater,
 „ nec Filius; nam, si posset esse Pater vel
 „ Filius, non esset æqualis Patri & Filio; &
 „ hoc idem sequeretur, si posset spirare al-
 „ terum S. Spiritum, quia S. Spiritus & spi-
 „ ratio essent majores, quàm Pater in Pa-
 „ ternitate, & Filius in Filiatione. Si S.
 „ Spiritus procederet tantùm à Patre, &
 „ non à Filio, Pater haberet majorem æqua-
 „ litatem cum Filio & cum S. Spiritu, quàm
 „ esset æqualitas Filii & S. Spiritûs; & hoc
 „ idem sequeretur de Filio, qui haberet ma-
 „ jorem æqualitatem cum Patre, quàm cum
 „ S. Spiritu, & S. Spiritus majorem cum Pa-
 „ tre, quàm cum Filio, & hoc est impos-
 „ sibile, & contra æqualitatem bonificandi,
 „ magnificandi &c.

4. Nec difficilia, nec lectu minùs digna
 sunt, quæ B. DOCTOR ibidem N. 3. his
 refert verbis: “Est etiam alius modus æqua-
 „lita-

„ litatis, sicut Persona Filii, quæ assumpsit
 „ humanam carnem; &, quia Persona Patris
 „ & Filii & Spiritûs S. sunt unus Deus, una
 „ Deitas, una Bonitas &c., Humanitas JE-
 „ SU CHRISTI (*Deus Homo*) est æqualiter
 „ unus Deus in unâ Deitate, in unâ Bonita-
 „ te &c. (Filii) Dei, & ista æqualitas Dei & crea-
 „ turæ est subjectum, in quo Finis Concor-
 „ dantiæ, Bonitatis & cæterarum increata-
 „ rum Rationum & Bonitatis, Magnitudinis
 „ & aliarum creaturarum Rationum quiescit,
 „ quia inter Deum & creaturam non potest
 „ esse major æqualitas.

5. Plura accipe ex *Lib. Proverb. Part. 1. Cap.*
 79. ubi B. DOCTOR ita habet N. 1. “ In
 „ differentibus Essentiis non potest esse æqua-
 „ litas infinitarum Personarum. N. 2. Infi-
 „ niti actus possunt esse æquales per infinitas
 „ Personas. N. 3. Omnes Proprietates Dei
 „ sunt æquales. N. 4. In omni inæquali-
 „ tate est Majoritas & Minoritas. N. 5. In-
 „ finitas & æternitas omnibus modis habent
 „ æqualitatem. N. 6. Nulla Duratio potest
 „ esse æqualis æternitati. N. 7. Si æterni-
 „ tas haberet æqualitatem cum extraneâ es-
 „ sentiâ in durare, haberet infinitas æquali-
 „ tatem cum illâ in infinire. N. 8. Bona
 „ æqualitas amici & amati est amabilis. N.
 „ 9. Æqualitas magni amici & magni amati
 „ est magna. N. 10. Æqualifica tuas virtute-
 „ ti virtutum sunt propinqua vitia. N. 12.
 „ Ra-

„ Ratione communis sensûs appetunt parri-
 „ culares sensus æqualitatem in suis actibus.
 „ N. 13. Potentiæ animæ habent appetitum
 „ ad æqualitatem actuum. N. 14. Nulla
 „ potentia est plena sinè æqualitate multo-
 „ rum N. 15. Noli esse æqualis tuo Domi-
 „ no in Potestate. N. 16. Omni homini
 „ velis esse æqualis in Bonitate. N. 17. De-
 „ sidera æqualitatem Potentiæ, objecti &
 „ actûs. N. 18. Nulla æqualitas virtutum
 „ est mala. N. 19. Grave est æqualia vitia
 „ destruere. N. 20. Æqualiter ama Justiti-
 „ am & Misericordiam Dei.

6. Accipe & illa, quæ habet B. DOC-
 TOR ibidem *Part. 2. Cap. 20.* ubi ita discur-
 cit N. 1. “ Æqualitas est subjectum Finis
 „ Concordantiæ, in quo Bonitas, Magnitu-
 „ do &c. habent quietem. N. 2. Per æqua-
 „ litatem concordant multa ad unum & eun-
 „ dem finem. N. 3. Æqualitas non requi-
 „ rit Majoritatem nec Minoritatem. N. 4.
 „ Æqualitas non posset esse in majori Majori-
 „ tate sinè substantiali æqualitate. N. 5.
 „ Major æqualitas potest esse de majoribus
 „ substantiis, quàm de minoribus, & de ma-
 „ joribus accidentibus, quàm de minoribus.
 „ N. 6. Accidentalitatis æqualitas est similitudo
 „ substantialitatis æqualitatis. N. 7. In acci-
 „ dentali æqualitate non possunt substantiæ
 „ habere quietem. N. 8. In substantiali æ-
 „ qualitate habent substantiæ quietem. N.
 „ 9. Major æqualitas substantiæ est per for-
 „ mam

„ mem & materiam. N. 10. Major æqua-
 „ litas Bonitatis est per æqualem bonifican-
 „ tem, bonificabilem & bonificare. N. 11.
 „ Major æqualitas Bonitatis & Magnitudi-
 „ nis est per illarum substantialitatem. N.
 „ 12. Æqualitas substantiarum est pars illa-
 „ rum. N. 13. Si æqualitas substantiarum
 „ non esset pars illarum, non essent æqua-
 „ les per omnes suas partes. N. 14. Sinè
 „ substantiali æqualitate nulla substantia po-
 „ test habere æquales substantiales partes.
 „ N. 15. Sinè accidentali æqualitate nulla
 „ substantia potest habere æquales acciden-
 „ tales partes. N. 16. Sinè æqualitate sub-
 „ stantialium actuum æqualitas non potest
 „ esse quies concordantiæ eorum. N. 17.
 „ In substantiali æqualitate substantiales a-
 „ ctus habent quietem. N. 18. Cum ma-
 „ jori æqualitate substantiarum attingitur
 „ major Finis. N. 19. De majori æquali-
 „ tate major Concordantia. N. 20. Sinè
 „ æqualitate non possent esse genera, nec
 „ species.

CAPUT XVIII

De Definitione Minoritatis.

I. „ **M**inoritas est Ens circa nihil, sive
 „ non Ens; & hoc est, quis non
 est aliquid, quod sit magis nihil, quam
 Minoritas: unde Minoritas definitur con-

tra Majoritatem; quia, sicut per Majoritatem res crescunt, & crescendo ascendunt appropinquando ad summum esse, quod est Deus, ita per Minoritatem decrescunt & decrescendo descendunt appropinquando ad summum non esse, quod est nihil; & ideò, sicut Minoritas est Ens circa nihil, ita Majoritas est Ens circa aliquid vel esse, hoc est; circa maximum Ens, quod est absolutè aliquid vel esse; & sicut Majoritas est imago immensitatis Essentiæ vel immensi esse, ita Minoritas est imago immensitatis non essendi, sive immensi non esse; sed hæc locutio est valde impropria, quia immensitas propriè est de lineâ essendi, & soli esse convenit, licet admitti possit ex eo, quòd Minoritas sit consideranda per oppositum ad Majoritatem, & Majoritas per oppositum ad Minoritatem.

2. Minoritas est Principium Universale omnibus rebus creatis, cum sinè hac omnia creata essent æqualia, & quidem substantialiter æqualia, si Minoritas non esset Principium substantiale dans rebus, earumque principiis, cum quibus res constituit, suam similitudinem.

3. In Deo Minoritas nulla est, nec esse potest, ut ex ipsâ Minoritatis definitione manifestum redditur, & latiùs explicat B. DOCTOR in *Lect. cit. pag. 42. N. 2.* si verò quis diceret in Deo esse maximam malitiæ, ignorantia &c. Minoritatem, hic verbis luderet;

déret; sic enim loquendo dicit, in Deo summam Sapientiam & Sanctitatem, quæ omni Sapientiæ & Sanctitatis in Deo Minoritati opponitur, eamque à Deo quàm longissimè, imò infinitè elongat.

4. His adjicimus illa, quæ habet B. DOCTOR in *Lect. cit. pag. 43. N. 3.* ubi ita dicitur: "Minoritas in Creaturis est propè non esse, quia creaturæ sunt creatæ de non esse; unde, sicut Minoritas est propè non esse, sic Majoritas est propè esse; & idè creaturæ existunt æqualiter inter Majoritatem & Minoritatem, sicut libertas hominis, quia homo, ex quo est, habet libertatem ad faciendum bonum, & ad faciendum ea, quæ conveniunt cum eo; & quia est creatus de non esse, habet libertatem ad faciendum peccatum, quod convenit cum non esse contra esse. Unde, quando homo agit bonum, tunc utitur Majoritate & suo esse; & quando facit malum, utitur Minoritate & non esse. Secundùm quod quædam sunt minora, quàm alia, sunt quædam magis propè non esse, quàm alia, sicut accidens, quod est magis propè non esse, quàm substantia, & scribere, quàm ridere, vendere, quàm emere, pulchritudo, quam bonitas, camera, quam habitare, comedere, quàm vivere, & sic de aliis similibus: sicut Minoritas, quæ est magis propè non esse in contrarietate, quàm in Concordantiâ, & in Majoritate,

V

„quàm

„ noritas mali est bona. N. 20. Omnis na-
 „ turalis Minoritas est bona.

PARS V

De Naturâ & Proprietatibus ac Conditio-
 nibus Principiorum Artis.

DEdimus quidem ex B. DOCTORE De-
 finitiones Principiorum Artis, eorum-
 que explicationem omninò sufficientem; re-
 stat tamen illorum naturam, & proprietates
 ac Conditiones amplius & perfectius confi-
 derare, ut Lector Dignitatem, utilitatem &
 necessitatem Principiorum debitè contempletur,
 & ex hac contemplatione illustretur ad
 discursivè & sinè errore ex illis operandum.
 Quapropter sit

CAPUT I

De Naturâ & Proprietatibus Principiorum.

1. **P**Principia jam definita & explicata in Præ-
 cursore Introductorix in Algebram
 Speciosam Tom. 3. præmissam Dist. 1. Cap. 3.
 dicuntur *realia*; quia Divina Bonitas, Mag-
 nitudo &c. extra nostrum intellectum existunt
 tanquam formæ reales, sive potius tanquam
 una realis simplex forma, quæ nobis apparet
 multiplex ob suam altitudinem & infinitatem,
 V 2 quam